
SHIRLEY
OF SHIRLEY
DEO · GRATIAS.



[6] + 175 ff. (lacks blank leaf at end)

First Edition

Wycliffe's first printed work

[illegible]
[illegible]

IO·VVIC=
LEFI VIRI VNDIQVA/

quę piĳs. dialogorũ libri q̃ttuor
quorũ primus diuinitatẽ & Idę
as tractat, Secũdus uniuersarũ
creationẽ cõplectitur. Tertius
de uirtutib. uitiĳsq; ipsis cõtra/
riĳs copiosissime loq̃tur. Quar/
tus Ro. ecclesię sacramẽta, eius
pestiferã dotationẽ, antichristi
regnũ, fratrũ fraudulentã origi
nẽ atq; eorũ hypocrisim, uaria/
q; nr̃o æuo scitu dignissima, gra
phice ꝑstringit, quę ut essent in
uẽtu facilia, singulorũ librorũ,
tum caput, tum capitis summã
indice prænotauimus.

·M·D·XXV·

J. L. Whitney
Sept. 11, 1943

Christiano Lectori gratiam & pacem.

DEVS olim non per unum, sed per plures prophetas, candidissime lector, & quidē multis modis, nunc per uisionē, nunc facie ad faciē, nunc archano diuino spiritus adflatu sese nobis insinuauit, & ut semel dicam, modo aperte, modo obscure, tandem placuit extremis diebus non per hoīem, neq; per angelū, sed filiū, suā uoluntatē manifestare, qui cuiuis sæculo suos in ꝓpriam messem operarios destinauit, id quod nōnihil ueteri instrumēto, ac statim nascenti ecclesia in apostolis a Christo selectis adparet, cœleste mysterion undique in uniuersum orbem spargentibus, erant eñ tum spiritu sancto, tum uarijs linguarum donis dotati, quo euangelicas opes humanæ sagacitati plane alienas, ex dēsissima ignorantiæ umbra in lucem clarissimā proueherēt. A deo deus humani generis Adę prothoplasti lapsu dep̄diti, nullo non æuo misertus, non solum ueritatē cœlestem, ac se ipsum, immo & sacratissimas linguas hanc adiuuantes in hanc nostram regionis dissimilitudinē, ubi omnia tumultuātur deiecit, hinc monomachia, ut qui omniū maxime pestilentissima contra dei ac Christi spiritū suborta est, Quidni uero? Non eñ non possunt, pijs in aurem dormiētibus, euangelij hostes hoīes philauti suas nugas portentuosasq; fabulamēta, ne dicam anilia deliramenta, ui, gladio, aut literarū bonarum neglectu, utut furor arma ministrat, summa deniq; pertinacia tueri, quibus cacademonis instinctu utcunq; & quidē impendio seuientibus, sic sic constat pullulascēte ueritatis flore nunq; defuisse, qui non contra stimulū calcitrantes, Christon uel eius uerbum nullo non tempore extirpare adnixi sunt, hoc impij huius mūdi proceres ac principes, illud scholę malorū lernę sibi uendicarunt, ut rem q̄ excellentissimā pessundarent. Demū inualescēte Antichristi tyrannide, cœlum terrāq; miscuere, ac perturbarūt oīa.

Gen.xv. Exod.iij. Nume.xij. Heb.i.

Interim tamẽ quod dei beneficio factum, diuina clemẽ-tia nunq́ non suos uere pijssimos elegit, qui sua genua ante Baal non curuauerint, e quorum albo hic noster Ioannes Vuiclesus, uerus Christi testis & pius, haud dubio libro uitæ ante mundi fundamina inscriptus, qui atrocissimas antichristi minas sus deq́ ferens, christon ac eius verbum, suo quo potuit a deo concredito sermone annunciauit. En mitissime ac christiane lector is ipse est qui iam iam sole relucente, tenebras ac densissimas lucis inimicas nebulas propulsãte, ab inferis solertissimi cuiusdam typoragphi benefitio & opera non uulgari ex lõginquis adscitus, in lucem reuiuiscẽs prodit, qui (ut testãtur monumenta) nouerit quid distẽt ęra lupinis, tamẽ adeo sterile ac infelix erat, quo uixit, sęculum ut eo quo decet nitore (licet pie) non potuit, aut si potuit, minus suæ ętati licuit, cœlestes sibi datas opes exactius posteritati demãdare. Hic Vuiclefus mitissime lector statim operis ingressu ob sæculi sui sterilitatem aspere perplexeq́ uidetur loqui, crudis pro tẽpore suo Dialecticorum uocabulis uti; ne rem ipsam ob stili asperitatẽ ac lexeos salebrosos contextus exhorrescas, sed potius animo constanti progredere, dispeream, ni sentias hominem pium ac sanctum secundo tertio ac quarto libris, uti nec in primo solidam theologiam neutiq́ dissimulans ac ueritatem inter Cymerias (ut aiũt) tenebras sacræ scripturæ amussi cõformem docere, non eminenti quidem sermone, non enim isto sed in uirtute regnum dei consistit, siquidem ueritatis simplex est oratio & ut minime mendax est, sic autoris nostri Vuiclefi cãdorem & mentis innocẽtiam repræsentans, uerborum lenocinijs ac fuco non eget, non enim christologias is noster Vuiclefus sed ueritatẽ christianã soliditatem spargens, qua nihil commodius celebriusq́ simplicissimo iuxta apertissimo sermone profert magis

rem ipſam quam Atticum ſermonis leporē, curās ne for
te ebur atramento candefacere, aut lumen ſoli addere ui
deretur, id quod ueritatis inimici natiua poniria, nunquam
non euribatiſantes uitio uerterunt, id quod Conſtantien
ſi concilio ac alijs comitijs cernere eſt. Vbi cœptam Mo-
nomachiam uel ipſo mortuo abſoluere. Ibidem enim de-
cretum, libri authorem Iohannē Vuiclefum qui iam diu
uitæ ſuæ temporariæ penſum abſoluiſſet ac ſepul-
tum, rurſus effodi, ac eius oſſa cremari ſtatu-
tum eſt. O Cœcitatē. O uindictam inſig
nem, qui ut in humanis ita in um-
bris placidiſſimis cum Chri
ſto quieſcens magi-
ſtri nempe Chri
ſti domini
ſui teſtis euaſit.
Hijs paucis Chriſtia-
ne lector. Vale, & Typographi
operam boni conſule.

INDEX ARGVMENTORVM SINgulorum capitum Libri primi Iohannis Vuiclefi.

LIBRI Secundi

LIBRI Tertij.

IOHANNES VVICLEFVS candido Lectori.

Dum capitale fuit passim, fas iusq; tueri.
  Et tutum nulli pro pietate loqui.
Delituere boni passim, fas iusq; relictum,
  Et uis in cunctis, extulit arma, locis.
Heu que tempestas, quis turbo, quæue procella
  Incubuit, quæ nox cordibus illa pijs?
At nunc post hyemem tam diram, ubi rursus olympo
  Sol redit, & pulsa candida nube dies.
Vis quoq; paulatim languet, sentitq; senectam
  Et recalent animis, ius, pietasq;, suis
E latebris redeunt etiam, fiduntq; sereno
  Hactenus in denso qui gemuere situ.
Inter quos & ego Vviclefus iure reuerso.
  Prodeo, iustitiæ nunc quoq; fisus ope
Cui si non omis plaudendus forte uidebor
  Non etiam totus forte premendus ero.

CVm loquutio ad personam multis plus complacet, quã loquutio generalis, & mens multorũ, qui affi-ciuntur singularibus, ex tali loquutione acuitur, ui dimus quod posset multis utilis quidam esse Trialogus, ubi primo Alithia, tanꝗ solidus Theologus loqueretur. Secundo infidelis, captio-sus, tanꝗ Pseudis obijceret. Et tertio subtilis Theologus & maturus, tanꝗ Phronesis decideret ueritatem.

CAPVT .I. Docens deum omniũ rerum esse primã caussam.

ALITHIA. Licet dixit insipiens in corde suo, non est Deus, tamen uidetur suppo-nendum, omniũ hominũ deum esse, quia aliter tibi nemo negaret aliqd, uel aliquã ueritatem esse, cum negando illud statim cõcęderet eius oppositũ. quia si aliquid est, illud uel est finitũ uel infinitũ, siue sic siue sic, uel illud, uel caussa il-lius, est deus, cum supponit. Omne quod est prima caus-sa non caussatũ ab alio, esse deũ. Et extendo hoc nomen aliquid ad omne ens, uel per se, uel aggregatũ, uel affir-matiuam, aut negatiuã, uel possibilem ueritatẽ. PSEV DIS. Pręcipui Logici multipliciter sic instarent, non claudit contradictionẽ formalẽ, nullũ ens esse, cum ex nulla negatiua sequatur formaliter affirmatiua, non er-go sequitur pro primo loco deum esse, quia tunc seque retur formaliter, si nihil est aliquid est. Item stat uerita-tem esse cum hoc, quod nõ sit aliqd, cum ueritas potest esse quod nihil sit, & tunc non est aliquid. Et tertio pos-

Suppositio. Deus. Primo.

ſibile eſt eſſe proceſſum in infinitum in cauſſalibus, non ergo ſequit̃, ſi cauſſa eſt, tũc prima cauſſa eſt, cũ in ordine cauſarũ homo poſſet procedere infinite. Sicut enim diuiſo lumine in ſuas partes ꝓportionales minores uerſus luminoſum, prima pars ꝓportionalis cauſſatur a ſecunda, & ſic in infinitũ. & ſic etiam in infinitis caſibus, quibus oportet procedere infinite. PHRONESIS. Soror noſtra mature procedit, cõcedens quẽlibet oportere cõcedere deum eſſe, & tuæ inſtãtiæ ſophiſticę non cõcludunt. & ſic ex qualibet negatiua oportet cõcędere ſequi formaliter affirmatiuã, quia deum eſſe, quæ eſt prius formaliter, quã ueritas de poſſibili. Vel alia negatiua cum ſequat̃ formaliter, Nihil eſt, ergo ueritas eſt, quod nihil eſt, cum antecędẽs nihil ponit, niſi quod in ſuo cõſequente formaliter implicatur, & ſic ex negatiua formaliter ſequitur affirmatiua, licet inſipiens illud neget. Nec quælibet affirmatiua indifferẽter ſequitur ex qualibet negatiua. Sed affirmatiua uehementis exiſtentiæ cuiuſmodi cõcędimus eſſe. Et ſic quantũ ad ſecundũ argumentũ patet, qđ ſi ueritas eſt, tũc ſimplex ueritas eſt, & ſic deus eſt, quia ſi ſit ordo cauſarũ, cauſa prima eſt, quã ſupponimus eſſe deum. Quantũ ad tertiam inſtantiã de proceſſu in infinitũ patet, qđ oĩs talis proceſſus, quẽ falſe infinitũ dicimus eſſe reſolubilem ad finitum, cum oĩe indiuiduũ reſolubile ſit ad ſpeciem, & oĩs multitudo ſpecierum eſt reſolubilis ad genus. & ſic infinitas, quam falſe uocas in partibus luminis, uel ſui ſubiecti reſolubilis eſt ad ſuum integrũ, & illud integrũ in aliud, & ita quouſq; deueniat̃ ad finitum corpus, quod eſt mũdus. & ſic de partibus mundi, quæ ſunt ſpiritus. Et breuiter cum nobis infinitas ſit demõſtrabile, manifeſte repugnat, qđ aliqua ſit ueritas, niſi ſit prima ueritas infinita, & illa ſupponitur eſſe deus. Deus autẽ eſt prima & ſimplex affirmatio ſequens ad quãlibet ueritatẽ, ſic qđ claudit cõtradictionẽ formalem aliqualiter eſſe, uel aliqualit̃

Ad primum.

Ex negatiua formaliter ſequitur affirmatiua.

Ad ſecundum.

Ad tertium.

Deus eſt prima et ſimplex affirmatio ſequẽs ad quamlibet veritatem.

qualiter posse esse, nisi deus sit. Ideo bene dicunt Metha phisici, qđ ueritas prima sequẽs ad quãcunq; aliam, est deum esse, quæ non differt a deum posse esse, aut deũ nõ esse diabolũ. & sic de alijs ueritatibus negatiuis. Verum tamen hic faciunt Logici distinctionẽ inutilem qđ aliqua est distinctio realis, & alia distinctio rationis. Quãuis autẽ inter dictas ueritates nõ sit realis distinctio, est tamen inter eas distinctio rationis, & sic licet deum esse sit prima ueritas, tamẽ deum posse esse est prior ueritas rationaliter intelligẽdo. Ista autẽ uerba sunt infructuosa & cõtentiosa, ideo sufficit Theologo concedere, qđ prima ueritas sit deũ esse, & illa est natura diuina, inferens per se uel per media quãlibet aliam ueritatẽ. Et instantiæ Sophistarũ in illa materia, non sunt dignę memoria.

Multiplex distinctio: alia realis: alia rõnis

CAPVT SECVNDVM.

Deus est supra omne genus.

ALITHIA. Habito qđ prima ueritas sit deum esse naturã diuinã, uel ipsam deitatem, & sic omniũ nominabiliũ primã causam, manifestũ est, qđ non sit aliud genus, uel eius indiuiduũ, sed naturaliter supra genus, quia si foret genus, uel eius indiuiduũ, reciproce caussaretur, cum omne uniuersale superius caussat suum inferius, & econtra, cum in diuersis generibus caussandi cõmuniter hoc cõtingit. Est ergo deum esse ante omẽ genus, omnẽ speciẽ, uel omne indiuiduũ, cum sit caussa cuiuslibet illorũ, & nõ reciproce est caussatũ. Et cum totũ genus caussę materialis per se causatur a genere formę, & totũ genus fortissime per se caussatur a caussa efficiente & finali, manifestũ est qđ deitas sit efficiẽs & finalis cuiuslibet qđ causatur, & per cõsequens ipsa est indiuisibilis omino, secundũ partes quãtitatiuas, qualitatiuas, uel quidditatiuas, cum peni/

tus caret caussa, & ad illam noticiam peruenerũt philo/sophi. Ex quo patet Platonis sententia, quod Deus est superior omniũ narratione, & non deficiunt linguæ lo/quendo de ipso, nisi ꝑpter excellentiã sui esse. Ex qbus patet, qđ mũdani intelligẽtes ipsum ꝑfecte, concipiunt cum phantasmatibus ipso posterioribus, que phantas/mata cum intellectu dei sunt cõmixta. Ideo dicit Ari/stoteles, Q; licet deus sit manifestissimus in natura, ta/men acutissimus ingenio se habet, sicut nycticorax ad solis radios intuendũ. Et sic deitas nõ potest esse mate/ria uel forma, cum cuiuslibet talis oportet esse caussam Ex istis sequit̃, quod deitas sit æternaliter & ubiq;, quia si aliqua sit mensura prior deitate, ipsa non foret prima caussa, quia mensuratũ mensura huiusmodi foret prius, & ideo mensura deitatis uocatur ꝓprie æternitas, quæ est omino indiuisibilis, & cum sit ipse deus, non accidẽ taliter sibi inest, nec habet prius & posterius sicut tem/pus; Et necessario deus est ubiq; & immẽsus, quia mo/dus existendi rei spiritualis, est regere & caussare. Deus autẽ ubiq; regit & caussat, ideo modo suo necessario est ubiq;. Est autẽ immensus, quia si infinitũ mundũ produ ceret, foret localiter infinite. Ideo cum mẽsura loci nõ mẽsurat quantitatẽ dei, patet qđ proprie est immẽsus. Sic etiã est infinitus, quia sine fine, & per cõsequens sine causa alia mẽsurante, non tamẽ est infinitę potentiæ in uigore, sic qđ infinitũ mundũ potest producere, sed qa est maximæ potẽtiæ positiuæ, per nullam aliam poten/tiam finitate. Ideo peccat imaginatio illa, quæ imagina tur deum esse localiter mensuratũ, uel dimensionaliter figuratũ. Sed est totus ubiq; sine dimensione, qui habet omes denoĩationes huiusmodi satis æquiuoce & positi ue ac priuatiue quodã modo infinite. Dicunt em̃ deno/minationes illæ, illud quod conuenit simpliciter perfe/ctioni infinitæ, & illud quod conuenit perfectioni crea/tæ, quæ q̃dãmodo est imperfectio priuatiue. Et sic tolli tur

[Margin notes:]
In libro de caus/sis.
Aeternitas dici/tur mensura dei tatis.
Deus est immẽ/sus.
Infinitus.
Quomodo de⁹ est infinitæ potẽ.
Vic sis cautus.
Totus ubiq;.

tur instantia Sophistarũ, qui quærunt & arguunt, Vtrũ deo conueniat cõceptus aliquis proprius positiuus? Et certum est, qđ sic intelligendo per conceptũ actum animæ, & non rem aliquã, quæ poterit per se esse, sicut hęretici somniant de hostia cõsecrata, sed est accidens respectiuum de genere actionis. Diffusius autẽ tractatus illius materiæ expectat tractatũ de anima. PHRONESIS. Licet soror nostra sit paruula quãtitate, tamen est magna scientia & uirtute, non enĩ habes quicq̃ qđ possis sibi obĳcere in hac parte. PSEVDIS. Balbutit ut amens uel somnians materiã quam non fundat, & ita abstracte loquit͛, qđ non admittit sermones logicos, nec principia per se nota. Nõ enĩ ad nos loquit͛, sed audeat tractare cõmunẽ sententiã illius materiæ. Patebit quomodo obĳciemus satis ualide cõtra illam. Sequitur enĩ ex eius principĳs, qđ deus sit, quo maius cogitari non potest, ut loquitur Anshelmus, sed nec uerba, nec sententiam illam scit ipsa defendere. Nam si intęlligit hãc negatiuã, oĩe quod potest intelligere maius deo, cum illa sint contradictoria incomplexa, nihil maius deo, & aliquid maius deo, & primũ intelligit sicut dicit, igitur secundũ intelligit, cum aliter non iudicaret illa esse cõtradictoria, cum iudicium non superat intellectum. Similiter omnes logici & rectilogi conueniũt in hoc, qđ homo potest multa intelligere, & per cõsequens terminus multa significare, que non possunt esse, quare ergo non potest homo intelligere maius deo? licet nihil potest esse maius deo. Similiter imaginatiua inferior intellectu, imaginat͛ montem aureũ, sicut Philosophi loquunt͛ de Traielapho & Hircoceruo. Imo sophista obĳceret, qđ suus socius sit Chimæra aliqua, ergo significant isti termini, licet ipsa nullatenus possunt esse. Sic enim putat æstimatiua de umbra in noctibus, qđ sit homo, sed quid impossibilius q̃ umbrarũ iudicium, quod uiuunt, mouentur per se, & sunt qualecunq̃ corpus qđ

Deo cõuenit cõceptus positiuus

Principiũ Theologorũ ẽ quod deo maius cogitari nihil potest.

hic sentitur? & sunt ad hæc tam experientiæ, quam scripturæ. ALITHIA. Ista sophistica concessio uidetur mihi nimis difficilis, concedunt enim, nedum quod intelligis aliquid quod non intelligis, imo quod tu intelligis, quod non potes intelligere, ergo iuxta præcedens argumentum intelligis illud, quid iste terminus adæquate significat, sed iuxta prædicta, ille terminus solum adæquate significat aliquid, quod tu non potes intelligere, ergo tu intelligis aliquid quod tu non potes intelligere. Similiter uidetur sequi plana contradictio ex hac uia, utputa, quod aliquid quod potes intelligere, intelligis, & nihil quod potes intelligere, intelligis. Nam secundum uidetur esse uerum, cum intelligis illum terminum, nihil quod potes intelligere, & sic intelligis, quid ille terminus adæquate significat, & sic loquendo significatiue, & non materialiter, nihil quod potes intelligere, intelligis. Sed ubi est manifestior contradictio? cum sic proximum principium per se notum, quod solum quod intelligis, intelligis. & tamen sophista contradicit, quod aliud quam intelligis, intelligis Et sic contradicit expositioni communi, & obuiat multipliciter sibiipsi. Nam proposito sibi solum, quod intelligis, intelligis, quod uidetur sicut uniuersalis secum conuertibilis. Omne quod intelligis, intelligis, & tamen quando sic argumentatur, aliud quam intelligis, intelligis, ergo falsum est, quod nihil aliud quam intelligis, intelligis. & per consequens falsum est, quod solum quod intelligis, intelligis, non habet colorem negandi argumentum, quia respondendo ad propositionem illam, oportet concedere, quod intelligendo illum terminum aliud quam intelligis, intelligis aliud quam intelligis. Similiter sequitur, quod potentia tua intellectiua, sit simpliciter infinita, quia deus non potest intelligere plus quam tu potes, & non intelligis plus, quam deus potest intelligere. Quomodo ergo non superat potentia tua intellectiua potentiam intellectiuam dei? Nam tu intelligis istum terminum, plus quam deus potest intelligere, iuxta euidentiam

dentiam priorem, per illum terminũ sic significantem, tu intelligis plus, q̃ deus potest intelligere, & sequunt̃ conclusiones infinitæ, quas ethnicus abhorret.

CAPVT III.
De triplici suppositione.

PHRONESIS. Iste punctus non est multũ realis, sed uerbalis, laborans in æquiuocis, & uidetur q̃ soror nostra partem habeat saniorẽ. Sed pro intellectu utriusq; partis notandũ, q̃ quædam est suppositio pure significatiua, & quædam pure materialis, quædam autem mixta. Pure autẽ significatiua suppositio est, quando terminus pure supponit pro re quam significat extra seipsum. Suppositio autẽ pure materialis, est quando terminus supponit pure pro seipso, uel secum analogo. Sed suppositio mixta est quando terminus mixtim pro suo significato ad extra, & etiam pro seipso. & illa mixtio confundit plures respondẽtes, ut patet in illa materia, & in materia insolubiliũ. Vnde ad exprimendũ illam suppositionẽ mixtam, utebar, quãdo fui iunior, hoc aduerbio, sic, loco illius cõiunctõnis, q̃, ut insipiẽs dixit in corde suo sic: nõ est deus. & non dixit, sicut non potuit dicere, q̃ non est deus. Et per hæc respondi ad oĩa argumenta, & ita cõcedi debet, q̃d nihil melius, aut maius deo potest cogitari, quia hoc dato, inferri debet ex talibus, hoc potest cogitari, & hoc uel potest esse maius deo, quia si hæc singularis foret sufficiens, hoc intelligis esse maius deo, nunc omnis terminus transcendens, uel impossibilis, significaret infinita, quæ Deus non potest intelligere, quia significat hoc argumento demonstrato, & hæc potest intelligi esse aliquid, quod deus non potest intelligere, & sic quilibet terminus precipue significat, q̃ deus non

Triplex suppositio. Pure significatiua: Materialis: Mixta.

potest intelligere uel caussare, sed illa est cõclusio dete/ standa. Ideo extendẽdo esse ad omne esse possibile, uidetur taliter expositorie esse arguendũ, hoc ille terminus significat, et hoc est melius deo, ergo melius deo iste terminus significat. Sed minor est negãda ut impossibile, cum nihil potest esse melius deo. Et per hæc respondeo ad triplex argumentũ Pseudis, cum sibi similibus. Ad primũ concęditur, q terminі dati sunt contradictorij, scilicet maius deo, & nihil maius deo, cum primus terminus significat sic, & secundus sic, non quia cum primus significat hoc, & hoc potest esse, uel est intelligibile esse maius deo. & sic quælibet res, cum sit intelligibilis esse maior deo, foret æque pertinens tali demonstrationi, ut aliqua. & sic nullus terminus significat, uel significari potest maius deo. Concędi tamen debet, ꝙ tu intelligis, quid ille terminus significat, quia significat deum, & omne significabile ratione suarũ partium, sed nõ significat maius deo, licet significat sic, maius deo, cum nullus terminus significare poterit, nisi quod est, & per consequens quod potest esse, quia omne quod habet esse intelligibile, est in deo. & sic iuxta logicã Pseudis, haberet deos in se infinitos in infinitũ, meliores se infinita. Sic enim concędit Euangeliũ Iohannis primo, ꝙ omnis creatura facta, fuit uita in ipso, quia om̃e significabile foret scd'm esse intęlligibile ipse deus. Et iuxta illam loquutionẽ delirã, deus foret res mõstruosissima rerum mundi, imo quidlibet nominandũ, sed procul a fidelibus ista insania. Et ita licet iudicium non superat intellectum, & intellectus intelligit esse contradictoria incomplexa, intellectus intelligit illum terminũ maius deo significare, sic maius deo, tamẽ non sequitur, ergo intelligit maius deo Ad secundũ dicit̃, ꝙ male assumit̃, ac si Pseudis peteret quod probaret, cum nemo potest quicq̃ intelligere, nec etiam deus ipse, nisi quod habet

esse in

esse in deo, & sic secundũ esse intelligibile ipse deus. Sed nota quod non sequitur. Ista res quæ habet existẽtiam, est secundũ esse intelligibile ipse deus, ergo illa res existit deus, uel ꝙ q̄dlibet sit deus. Sicut non sequit̄, Petrus secundũ suum esse intelligibile est deus, ergo Petrus est deus, ut alias diffuse dictum est in tractatu de Idęis. Et sicut termini impossibiles, hoc est cõtradictionem includentes, nihil adæquate significant, nisi forte dicatur, ꝙ significant conuertibiliter, cum illo termino ens quodlibet in cõmuni. Sic ergo dico, ille terminus maius deo significat sic maius deo, nec aliq̄d adęq̄te significat, nisi forte sit transcendẽs. Ad tertiũ dicitur, ꝙ falsum assumitur sicut prius, cum dicti termini non significãt montem aureum, Traielaphum, Hircoceruũ, uel Chimerã, sed significant sicut mons aureus. &c. Nec sophista potest uelle uel intelligere socium suum esse Chimerã, uel asinum. Sed intelligit sic, Tu es Chimera uel asinus, ibi miscetur suppositio significatiua cum suppositione materiali, cum rem quæ potest esse, intelligit significatiue, & illud quod non potest esse, non intelligit, sed intelligit modum quo signum impossibilitat̄, cum primo intelligit ipsum signũ. & ita nõ sequitur, ꝙ illi termini nõ significant aliqua que non possunt esse. Et ulterius dicitur, ꝙ nec sensus, nec intellectus, nec deus ipse intelligit ꝙ umbra sit homo, nec ꝙ hoc demõstrato, umbra sit homo, licet intelligat hoc. & hominem, & false ac impossibiliter sic componat hoc & homo, & ita nec deus, nec homo umbram intelligit esse hominem, nec hominem intelligit esse umbram, quia solum intelligit esse deum. Vel illud quod habet se Idęale in deo, nec experientia, uel scriptura conuincit oppositum illius sentẽtiæ. Ideo significanter scriptura loquitur, quãdo dicit. Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Textus autẽ scripturæ non asserit scripturam dicere, uel posse dicere, ꝙ non

est deus. Ideo cum nihil in scriptura obmittit̃, uel additur sine caussa, propter caussam notabilẽ, scriptura obmittit illam coniunctionem, ꝙ. Alia autem responsio, quæ obmittit talem suppositionem mixtam, sine limitatione huiusmodi incertat seipsam superflue, ideo gaudeat fructu laboris inutilis, dum respondet. Nihil enim utilitatis uideo in concęssione primę conclusionis, quã Alithia infert, nisi uanam gloriam & laborem, quia ut uidetur intęlligendo sic mixtim terminos materialiter esse significatiuos, concedendum foret propter significationem materialem, ꝙ ego possum destruere deum uiuum, & qđ omne intęlligibile sit uerum, omnem hominem esse asinum, ut quidlibet esse quidlibet, quo ad existentiam actualem, eo qđ tale materiale signum habet existentiam actualem. Sed procul a fidelibus ista respõsio, cum excędit pręsumptionẽ Luciferi, qui uoluit esse similis altissimo. Ista autem responsio concędit, ꝙ multa intęlligit, quæ deus non potest intęlligere, & tamen deus est æque intęllectiuus, ut est caussatiuus, & ut apparet pluribus, deus est plus intęllectiuus, cũ intęlligit seipsum, & deductio est prompta, quia non solum intęlligis, qđ multa quæ deus non potest intęlligere, intęlliguntur a te, uerum etiam quia intelligis infinitos hircoceruos, & infinita talia quæ non possunt habere idæam in deo. Deus autem nõ potest quicq̃ intęlligere, nisi sit ipse deus, uel in deo aliqualiter idæatum. Infinita sunt talia incõuenientia, quæ apud sedulum Philosophum, ex talibus responsionibus friuolis sequerentur. Scio tamen, qđ tam Philosophi, q̃ Theologi, ipsis ignorantibus incidunt in hanc uiam (ut Philosophi dicunt) quia imaginatiua excędit sensam particularem, ꝙ potest in multa, quę nec potest ipse, nec sunt possibilia in natura, ut imaginando montem aureũ. Theologi etiam concędunt, qđ tu intęlligis, quæ nec deus potest intęlligere,

ꝙ

ꝙ ipse deus intelligit multa, quæ non possunt esse deus, nec in ipso exemplariter idæata sunt, ideo &c.

CAPVT IIII.

Quomodo deus est quicquid melius est esse quàm non esse.

ALITHIA. Cum principium sit apud Theologos, qd' deus sit quicquid melius est esse quàm non esse, & per hoc probari potest omis proprietas, quæ essentialiter inest deo, uidetur priorem materiam esse relinquendam Logicis, & tractandum qualiter est de illo. Probatur autem illa cõclusio, cum deus sit oẽ quod est deus, sed melius est esse deum, quàm nõ esse deum, ergo deus est oẽ, quod melius est esse, quàm non esse. Nam melius est deum non esse mundum, quàm esse mundũ, cum deus approbat se non esse mundum, tanquàm est cõsequens ad deum esse. Istud ergo quod est conuertibile cum prima essentia, erit deus, sic elicit est lõge melius quàm esse mundũ, uel aliã creaturã. Imo hoc uidetur sequi ex illo. Deus est optima rerũ mundi, quia dato illo. Quæcunque res quæ non est deus, melius est aliquid non esse illã rem, quam est aliquid esse illam rem, cum æque bonum sit illam rem esse illam, sicut est aliqd esse illam, cum solum illa sit illa. Et sic quicunque negauerit conclusionẽ propositam, debet negare consequẽter, quod deus est optima rerum mũdi. Sed quis infidelis uel ethnicus hoc negabit? Et ita formaliter sequitur. Ista est res, quæ non est deus, ergo melius est aliquam rem non esse istam, quàm est rem aliquã esse istud. Et iterũ

formaliter ſequit̃. Iſta res eſt deitas, ergo melius eſt ali/
quid eſſe illam rem, quam eſt aliq̃d non eſſe illam rem.
PSEVDIS. Delectaris multũ in iſtis uerbis globoſis,
uidetur tamẽ, quod principiũ tuum non ſit abſolute ne
ceſſariũ, cum poſſibile ſit ſolum deum eſſe, & ſi ſic, de/
us non eſt qui melius eſt eſſe q̃ non eſſe, quia hoc dato,
non eſt bonum aliq̃d non eſſe deum, cum ſequit̃, bonũ
eſt aliquid non eſſe deum, ergo uerũ eſt aliquid non eſſe
deum, & per cõſequens, deus eſt non oĩe quod eſt, con
ſequens contra datum. Non eñ eſt melius, aliquid eſſe
deum, q̃ aliquid eſſe Chimeram, quia non eſt bonũ ali/
quid eſſe Chimerã, ergo falſum foret tunc, q̃d deus eſt
ſolum illud quod eſt melius eſſe, q̃ non eſſe. Similiter,
ſi deus eſt oĩe illud, & ſolũ illud quod melius eſt eſſe,
q̃ non eſſe, tunc deus non eſt homo, conſequens falſum
& hæreticũ, ergo antecedens q̃d adeo eſt cõmendatũ,
nam melius eſt deitatẽ non eſſe hoĩem, q̃ ipſum eſſe ho
minem, cum primũ ſit abſolute neceſſariũ & æternum,
ſed ſecundũ ſimpliciter tẽporale, non melius q̃ aſſum/
pta humanitas. Ex quo uidetur, q̃d deus non ſolum eſt
illud quod melius eſt eſſe q̃ non eſſe, cum melius ſit ali
quid non eſſe humanitatẽ, q̃ eſt aliq̃d eſſe humanitatẽ,
cum abſolutũ optimũ ſit deitatem nõ eſſe humanitatẽ,
& ſumme impoſſibile ſit æque bonũ eſſe, q̃d aliquid ſit
humanitas. PHRONESIS. Tu monſtruoſe addis ſup
uerba & ſententiã ſororis, cum ipſa ſolum dicit hic, Q̃
deus eſt quicq̃d melius eſt eſſe q̃ non eſſe/Et tu ſuperad
dis, q̃ hoc ſit abſolute neceſſariũ. Ipſa etiã non dicebat,
q̃d deus ſolum eſt idem, q̃d eſt melius eſſe q̃ non eſſe, ſi/
cut poſtmodũ falſe fingis. Sicut ergo deus eſt optima
rerum, quæ poteſt eſſe, Sic eſt, quicq̃d eſt melius eſſe q̃
non eſſe, & ita debet dici, quod prius principiũ ſit abſo/
lute neceſſariũ, ſcilicet, q̃d deus eſt q̃ maius cogitari nõ
põt. Hoc autẽ principiũ fidei eſt neceſſariũ, ſicut eſt ne/
ceſſariũ deũ eſſe optimã rerũ mundi. Iſte ergo eſt ſenſus
huius

huius principij. Deus est quicqd uel cuiusmodi cunque melius est aliquā rem esse, q̄ aliquā rem non esse, quod est necessariū. Scio autē qđ nescis probare casum, quē ponis, quia cum deus nihil potest annihilare, & semper fuit mundus, necesse est fabricam dei esse. Ista autē propositio, ante primū instans mundi solū deus fuit, est disputabilis apud multos, cum certū sit qđ non temporaliter fuit deus ante mundū, sed æternaliter, nō ut illa præpositio ante, dicit successionē, sed prioritatem naturæ. Secūdo certū est, qđ propositio, instanti mundi, nō est ita, qđ deus fuit ante mundū, sicut non fuit tunc, quod deus fuit, sed tūc incœpit esse, qđ deus fuit ante mundū. Et tertio certum est, qđ exponēdo hanc exclusiuā, tantum deus est, per hanc negatiuā: Nullū ens quod est, deus est, & extendēdo hoc nomē ens, ad omnē ueritatem, uel rem rationis, ac limitando prędicationē formalem, & non essentialē, certum est, qđ contradictionē claudit solum deum esse, quia si sic, alia ueritas est, quæ non est formaliter ipse deus, & sic est de infinitis ueritatibus & idęis. Sicut autē absolute necessariū est, multas ueritates esse, quarū alia sit affirmatio, & alia negatio, aut de possibili, aut de præterito uel futuro, sic absolute necessarium est, est esse ens, quod non est deum esse. Loquendo tamē formaliter, quælibet huiusmodi ueritatum, est essentialiter ipse deus, nec creatura aliqua, cum non sit opus dei, eo qđ non potest incipere. Sed est formaliter ꝟitas rationis, modo quo loquit̄ Auerrois. iiij. Methaphisicę. iiij. Imo uidet̄ absolute necessariū, esse ueritatem cōtingentem, q̄ non esse necessariū ita esse, ut posito qđ solum deus sit (sicut tu ponis esse) ante mundi creationem. Querat̄, utrum est alia creatura? Q; si sic, eius inceptio erit quā deus cognoscit ante mundū, uel eius inceptionem fore, est summe contingens. Si neges aliqd fore ad hunc, cum absolute necessario aliquid potest fore, contingens est ueritatem non esse tēpus, & sic deus co-

De⁹ nihil potest annihilare.

gnoſcit ueritatem quam cõtingit nõ eſſe, tamẽ ſi deus eſt, ipſe poteſt multa producere quæ non producet eſſe, nec ueritatẽ nouerit cõtingentem. Cum ergo abſolute neceſſariũ ſit deum eſſe, & ſi deus eſt, ipſe noſcit ueritatem cõtingentẽ, Patet qđ abſolute neceſſariũ ſit eſſe ueritatẽ cõtingentẽ. Quantũ ad ſecundã inſtantiã tuam. patet ex dictis, qđ non obijcit, cum cõcęditur, qđ deus eſt quicqd melius eſt eſſe ꝙ non eſſe, & non concęditur, ꝙ deus ſolũ eſt illud quod melius eſt eſſe, ꝙ non eſſe, cũ poſita incarnatione, deus eſt humanitas, & melius eſt aliquid non eſſe humanitatẽ, utputa deitatem, quod eſt aliquid eſſe humanitatẽ, eo qđ non eſt melius aliqd eſſe humanitatẽ, ꝙ eſt ipſa humanitas. Sed de illo inferius.

CAPVT QVINTVM.

De paſſionibus & ꝓprietatibus dei.

PHRONESIS. Ex iſtis duobus principijs tam præclaris inferri poteſt quæcunque paſſio, uel proprietas quæ infuerit deitati. Deus enim eſt

De⁹ eſt iuſtus.

iuſtus, quia melius eſt aliqd eſſe iuſtũ, quã eſt aliqd non eſſe iuſtũ, eo qđ dirigẽs aliqd ut eſſe debet, eſt melius, ꝙ directione tali indigens. Primũ ergo dirigens oportet eſſe iuſtũ, ſe habens undiqꝫ ſicut debet. Et ex eodẽ patet

Deus eſt intelligens.

qđ deus eſt intelligens, quia melius eſt aliqd eſſe intelligens, ꝙ aliqd eſſe nõ intelligẽs, eo qđ illa res quæ intellectus legit, quicqd iuſte ordinat, eſt melior ꝙ aliqd quod non ſic cauſat. Ex eodẽ uidetur, qđ deus eſt oĩa, neceſſa

De⁹ eſt omnia.

rio ſemp noſcẽs, cũ abſolute neceſſario noſcit ſeipſum, cũ de ſe, ſeipm noſcat, & melius eſt qđ cauſſa cognoſcat quicqd efficit, ꝙ qđ ſit cauſſa non cognoſcẽs quicq̃d efficit. Et ex eodẽ ſequit̃, qđ ſemp deus ſit om̃ia, cum me

Deus ſcit om̃ia ſemper.

lius ſit aliquã rem eſſe ĩmobilem ſcientẽ omnia, ꝙ eſſe aliã rem non ſcientẽ om̃ia. Et ex iſto plane infertur, Qꝫ

om̃e

oĩe qđ fuit uel erit, eſt. Quia ſi aliq̃d fuit uel erit, deus cognoſcit illud eſſe, & ſi cognoſcit illud eſſe, tũc cognoſcit illud eſſe, cum poteſt incipere uel deſinere quicq̃ noſcere, & ſi deus cognoſcit aliq̃d eſſe, tunc illud eſt, ergo a primo ad ultimũ, ſi aliq̃d fuit uel erit, ipſum eſt. Et ex eodẽ ſequit̃, qđ deus ſit oĩpotens, quia melius eſt eſſe aliq̃d ita potens, q̃ nõ eſſe aliq̃d non ita potens. Et ſi dicas, qđ in oĩbus iſtis prĩo petit̃ demõſtrandũ, ſtatĩ adeſt prius principiũ, qđ deus ita bonum & perfectũ ſicut põt intelligi quicq̃d eſſe. Nota tamẽ, qđ ex illo non ſequit̃, qđ deus põt deficere uel corrũpi, quia hoc nõ eſt poſſe, ſed a poſſe deficere. Nec ſequit̃, qđ tu potes facere aliq̃d qđ deus non põt facere, eo qđ tu potes facere mendaciũ & defectũ, hoc eſt mentiri & deficere, ſed non ſic deus. Nam ſic mẽtiri uel deficere, nõ eſt aliq̃d facere, ſed a factione boni deficere. Deus aũt facit oĩe poſitiuũ quod creatura ſua fecerit, & tñ ex hoc nõ ſequit̃, qđ comedit, loquit̃, & ambulat, & ſic de alĳs peccatis formaliter, de ſuppoſitis ĩpfectis. Et ſic ad diſtinguendũ peccata illa formaliter, oportet notare, qđ peccatũ ſit melius eſſe formaliter deo cõueniens, q̃ ſibi non taliter cõuenire, ad qđ requirit̃ intellectus. Deus eĩ facit ambulationẽ, ſed nõ ambulat, cũ melius eſt rem non ambulare, & eſſe oĩno ĩmobilẽ, q̃ eſt eſſe rẽ aliquã ambulantẽ. & ex eodẽ principio ſequit̃, qđ eſt oĩno inſenſibilis & inextenſus, licet uirtualit̃ ſit ĩmenſus. Prima ps patet ex hoc, qđ melius eſt eſſe rẽ inſenſibilẽ, q̃ eſſe rem ſenſibilẽ. Sicut eĩ ſanitas hoĩs & eius uita excedũt ſenſibilia in eodem, ſic harmonia mundi partiũ & mũdi principiũ, excedit oĩa ſenſibilia huius mũdi. Deus ergo qui eſt, quicq̃d melius eſt eſſe q̃ non eſſe, eſt oĩno ſenſibilis, & per idem indiuiſibilis quo ad mobile, cum melius ſit eſſe uirtualiter, q̃ quid fuerit ad denoĩationem pfectionis in ſuppoſito requiſitũ, q̃ habere partes diſtantes a ſe inuicem ad ſui magnitudinẽ requiſitas. Ideo non ſolum negatiue, ſed

Oĩe qđ fuit vel erit eſt.

Deus eſt omnipotens.

Peccare non eſt facere: ſed a factione deficere.

Inſenſibilis.

Indiuiſibilis.

positiue cõcęditur deum esse imensum & infinitũ, cum denoĩationibus huiusmodi, cum deus habeat positiuũ perfectionis simpliciter in istis denoĩationibus, & non habet finem alium mensurantẽ. Ideo concędũt philoso phi, qđ est potentiæ infinitę. Et ex eodem sequit̃, quod deus sit creatiuus, punitiuus, & sic de aliis denoĩationi/ bus, quas fides scripturæ sibi attribuit, eo qđ omia talia includunt perfectionẽ simpliciter, & nullã imperfectio nem implicãt in subiecto, ut iuxta dicta omnia talia in/ sunt deo. Et eodẽ modo deduci potest, quicqd cuiusmo di non est deus. Et ista est tiriaca ad tollendũ uersutias blasphemorũ. Oportet tamẽ sane & caute intelligere ar gumenta, notando fallacias, quãdo occurrunt, & locũ a similitudine simiali.

CAPVT SEXTVM.

Qđ deus sit trinus.

ALITHIA. Ex istis mihi uidetur, qđ inferre pote rimus deum dominũ omniũ esse trinum. PSEV DIS. Hoc tamen uidetur multis graue, qđ præci puus articulus fidei demõstretur, qđ fides nõ ha bet meritũ, cui humana ratio præbet experimentũ. Et sic ubi olim docebatur lumine fidei esse ad delucidandũ tales articulos fidei requisitũ. Hic asseritur qđ omes il/ li demõstrari possunt in lumine naturali, qđ uidetur fal sum, pro eo qđ Aristoteles, Auerrois, & cęteri philoso phi, tam præteriti, q̃ præsentes, negant tales articulos, ut impossibiles. Magna ergo præsumptio foret nos he/ betiores ingenii asserere, qđ oẽs illi articuli possunt de/ monstrari. Quare ergo potius hoĩes dissentirẽt istis ar/ ticulis, q̃ aliis conclusionibus in quadruuio scientiarũ doctrinaliũ demonstratis. PHRONESIS. Hic dupli/ citer æquiuocatur in signis, & utraque pars dilabitur in errorem, ut quidam nimis grosse concipiunt deitatem,

&

& cæteros articulos fidei propter hoc ꝙ nõ adhærent fideliter fidei scripturarũ. Alij autem tantũ difficultant scientiã Theologicã, statuentes sibi ignotos terminos, ꝙ in hæreses multiplices dilabunť, sed medium tenuere beati. Quidam autẽ de prima secta, ponentes lumen fidei requisitũ, ponunt illud lumẽ unum globum gratiæ per se possibilem, requisitũ ad hoc ꝙ aliqs sit fidelis. Et quantũcunq; ignarus fuerit, si de illo lumine quicq; habuerit, est fidelis, & sic ex terminis bene prius intellectis patet, quis habeat in se lumen fidei. Quidam autem ab hac fide catholica dilapsi, sunt deliri in errores multiplices, certum quidẽ est, ꝙ oportet omnẽ hoĩem habere lumen noticiæ quod quoddã lumen non est, nec illuminari a deo ad ueritatẽ aliam cognoscendã, ut patet alibi. At hic supponiť, impossibile est fidelem uel hæreticum quicq; cognoscere, nisi per fidem fundamẽtaliter illud cognoscat. Quia sicut nemo cognoscit literas, ꝙ est una a, reliqua b, & sic de cæteris nisi credat, sic nemo sensu cognoscit quodcunq; sensibile, nisi prima ueritas illud dicat & doceat, ꝙ illud sensibile sit, illud uel illius modi. Nam in ente analogo quod prima imp̃ssione imprimitur, deus cognosciť, sed confuse, & ille docet quãcunq; ueritatẽ secundã, unam tamẽ per aliam secundũ legem, quã statuit in ordine discẽdi procedere, & sic lumen fidei quo quis denominať fidelis, nõ est nisi ipsum a deo sic respici, ut cognoscat catholice fidem suam. & in illo lumine sunt infiniti gardus. Adtantũ alij infatuantur errantes in ista materia, ꝙ ponũt lumen fidei contrariũ lumini naturali, sic ꝙ apparens impossibile in lumine naturali, sit necessario credendũ in lumine fidei. & econtra. Veritas aũt est, ꝙ talis cœcitas non est lumẽ naturale, sed tenebra, quia non talia duo lumina repugnantia. Sed post præuaricationẽ lumini debili naturali, inest quidã defectus, quẽ deus gratiose sanat, donans noticiã. Et sic ꝙ unus cognoscit in lumine gratiæ, alius

Nomen fidei.

Impossibile est fidelem uel hæreticum quicquã cognoscere nisi per fidem fũdamentaliter cognoscat.

Quid sit lumen fidei.

cognoscit in lumine naturali. Ideo diuersi sunt gradus in diuersis hominibus, in quibus dissimiles fidei articuli cognoscuntur. Deum ergo posuerunt philosophi esse trinum, ut Plato cum cæteris cognoscere lumine naturali, uerũtamen ad hoc qđ idem meritorie cognoscant requiritur lumen fidei formante gratia, quia cum sit deducibile, ꝙ deus sit actus purus, infinitissime intellectiuus, certum est qđ habet potentiam ad se, & ad alia cognoscendũ, Et illa potentia dicitur deus pater. Et quãtum potest seipsum cognoscere, tantum seipsum necessario cognoscit, & illa noticia dicitur deus filius. & sicut non potest esse, ꝙ sic posset seipsum, nisi cognoscat actualiter quantũ potest, sic non potest esse, qđ sic actualiter se cognoscat, nisi in seipso finaliter quietetur, & illa quietatio est spiritus sanctus. Et ille tres personæ absolute necessario sunt coæternæ, coæquales, & ordinatæ (ut dicitur) procędentes. Pater enim est prior origine, ꝙ filius, & pater, & filius sunt prius spiritu sancto origine, quia ex hoc ꝙ deus pater potest sic seipsum cognoscere, sic cognoscit, & ex hoc qđ potest cognoscere seipsum cognoscit & amat seipsum. & quęlibet illarum trium rerum est essentialiter idem deus, cum essentia diuina sit quælibet harum trium. Rationes etiam & proprietates secundũ quas distinguuntur, sunt caussæ, quare nulla illarum trium rerum recipit prædicationẽ propriam alterius earundem. Et nomina ac logicam illius materiæ, oportet fidelem diligenter cognoscere, ut essentia, substantia, uel natura diuina, est quælibet harum trium personarum, & per consequens ipsa trinitas. Sed sicut nulla illarum trium personarũ est reliqua, sic ipsa trinitas non est aliqua earundem. Et quãuis pater & filius sunt idem neutraliter intęlligendo, non tamen intęlligendo pluraliter masculine, ut pater est idem quod filius, quia idem deus, eadem essentia, uel natura, & tamen pater non est filius, quamuis idem deus, qui filius,

&

Deum esse trinũ posuerunt philosophi gentiles cognoscere lumine naturali.

Deus.

Deus pater.

Deus filius

Spũs sanctus.

& ſic deus a deo diſtinguitur, ſicut deus a deo perſonaliter differt, & tamen negatur qđ deus non eſt deus. Nec ſequitur, deus pater, deus filius non eſt, ergo deus, deus non eſt. Et ſic deus deum cauſſat ſecundũ cauſſationẽ, ſed non ſecundũ deum, & omnes illæ perſonæ ſunt una prima cauſſa, ſicut ſunt unus deus, & non tres cauſſæ, ſicut non tres dĳ. Item ſic. Pater & filius ſunt unum principium ſpiritusſancti, quia unitę principiant ſpiritũ ſanctum, & tota trinitas eſt idem principium cuiuſlibet creaturæ. Et conuerſiones propoſitionũ illius materię excluſiuas, exceptiuas, uniuerſales, cõuertibiles, cum cæteris contentionibus Logicorum, relinquo iuuenibus pertractandas, ut falſum eſt, qđ tantum pater eſt deus, quia alius ꝙ pater eſt deus, & aliud ac alia natura & creatura ꝙ pater eſt deus, quia humanitas aſſumpta, quæ eſt tam aliud, quia natura alia quam alius, quia perſona alia ꝙ eſt pater. Et patet noſcenti diſtinctionem inter prædicationẽ formalem & eſſentialem, quomodo ſylogiſandũ eſt in quacunqꝫ figura cum iſtis terminis, ut om̃is natura diuina eſt pater in diuinis, om̃is filius dei eſt natura diuina, ergo omnis filius dei eſt idem qđ eſt pater. Et ita non ſequitur expoſitorie, hoc eſt pater, & hoc eſt filius, demonſtrando eandem naturam diuinam, eundem deum, uel eandem cauſſam cuiuſlibet creaturæ, ergo pater eſt filius. Sed bene ſequit̃, ꝙ pater eſt idem qđ eſt filius, & exemplũ omniũ talium patet in materia de uniuerſalibus, ubi natura cõmunis eſt ſuorum ſuppoſitorum quodlibet, quamuis ipſa ſuppoſita abinuicem diſtinguantur. Totam autem iſtam materiam & profundationem in illa relinquo Logicis.

De⁹ deũ cauſſat

CAPVT VII.

De naturali demonſtratione trinitatis.

ALITHIA. Quãuis autẽ mi frater ista materia sit tibi facilis, & senibus tædiosa, est tñ nobis necessaria, & specialiť ad euacuandũ Pseudinias argutias, per quas infideles onerant nos & illos: Timeo autẽ, ne tibi gignã uel fastidiũ, uel sim in quæstionibus tædiosa. Vellem tamen cognoscere, utrum demõstratione naturali ostendi poterit deum esse trinum ex animæ trinitate, sicut uidetur Augustinus plane ostendere. PHRONESIS. Hic suppono tibi distinctionem, quam Aristoteles dat de demõstratione, Q quædã est ꝑpter quid, siue postera, siue sequẽs, & q̃dam est demõstratio quia. Prior aũt demõstratio est, ubi caussatũ ostendiť ex sua caussa: Et secunda demõstratio est, quãdo caussa ostendiť ex effectu, ut. viij. Phisicorũ, primus motor ostendiť ex perpetuitate motus cœli, & sic certũ est, ꝙ deum esse, demonstrari non poterit. Primo modo, cũ non habet caussam extrinsecam, & per cõsequens nec deum esse trinũ, nec alia passio quæ deo naturaliter inest. Sed secũdo modo nõ uideo, quin deum esse trinũ demõstrari potest a suo signo posteriori, sicut infinita demonstrari possunt de deo deducẽdo ad impossibile, & ita plane sicut sequiť, primus motus est, ergo primus motor est, qui deus est. sic sequitur. Anima intellectiua est trina, scilicet, memoria, ratio, uoluntas. ergo deus ipsam creans, est trinus. Nec intelligit Augustinus per illam trinitatẽ potentiarũ animæ tres potẽtias, quæ accidẽtaliter sibi insunt, sed tres res, quarũ quælibet essentialter est ipa anima, ut est de personis in diuinis, non tamẽ adest mihi autoritas, per quã illę tres res sunt personæ, sed tres res in deo sunt tres personæ, quia nomen personæ inuentũ est ex cõcordi & magna angustia, ad significandũ illam ineffabilem trinitatẽ. Quæsierũt enim hæretici, quæ tres res sunt deus, quia concęperunt ꝙ sunt tres substantiæ, uel res sepabiles in natura, & tunc ex unicordi consilio inuenit

Duplex denonstratio.

Deum esse trinũ et animę trinitate demõstratur.

Ecclesia et magna angustia et vnicordi consilio nomen persona propter hęreticos inuenit.

inuenit ecclesia nomen personæ, cōcędens, ꝙ tres sunt personæ, & una substantia. Gręci autē æquiuocando cō cędūt, ꝙ sunt tres hypostases siue substātiæ. Et sic natu ra hypostasis est æquiuocū apud illos. Sed absit ex istis fidelem credere ꝙ natura diuina sit trine dimensionata risibilis, uel habens passionē, animā imꝑfectam. Opor tet eñ capere in minori, ꝙ affectus aliquis nō posset esse huiusmodi, nisi deus naturaliter foret talis. Sed qd im possibilius? cum iuxta dicta tales ꝓprietates ꝓpter imꝑ fectionem non possunt deo inesse. Ideo foret nimis simi alis similitudo concludere sylogistice, ubi sylogismus peccat in materia de minori impossibili, cōcludere per locum a simili. & ubi sylogismus nō peccat in materia nec in forma. Sed ubi conclusa proprietas naturaliter deo inest, scilicet, ꝙ melius est aliquid esse huiusmodi, ꝙ̃ est aliqd non esse huiusmodi, ut docetur supius. Vt si infidelis capiat corpus esse trine dimensionatū, scilicet longum, latum, & profundū. Et non posset esse taliter dimensionatū, nisi deitas fuerit taliter dimensionata, ergo deitas est longa, lata, & profunda. Sed constat, ꝙ fidelis satis pausare poterit de ꝓbatione hæretici in mi nori, ꝙ̃ Apostolus dicat de deo, ꝙ sibi insunt latitudo, lōgitudo, & sublimitas. tamē satis æquiuoce intelligit de istis quattuor, ut patet exponentibus sensum suum. Est autē nomen personæ descriptū apud multos, qui cō cędunt æquiuoce, licet quodāmodo analogice deus sit persona cum personis angeloꝝ & hominū. Vnde dicūt ꝙ persona est rationalis naturæ incōmunicabilis existē tia, qd' non potest deitati cōpetere, cum deitas cōmuni catur necessario tribus rebus. Competit tamē cuilibet personæ quæ est deitas, sicut persona est incōmunicabi lis ad hunc sensum, ꝙ sit multorū singulariū, est tamen cōmunicabile, quia natura diuina. Et eodem modo na tura est incōmunicabile, quia ꝑsona, tamen est incōmu nicabilis, quia trium personarū est quælibet. Nec est fa

Deus ē persona cū personis āgelorū et hominū.

Persōa quid sit

cile fingere, quare non quælibet trium rerum creati spiritus sit persona, cum sit rationalis naturæ incõmunicabilis existentia, deficit tamen mihi auctoritas sic loquẽdi. Boetius autem uidetur dicere, qđ persona sit rationalis naturæ indiuidua substantia, & forte intelligit per substantiã subsistentiã, quæ est inferius ꝙ substantia, & tunc persona dicitur etymologice, quasi per se una. Homo igitur, licet sit tam corpus, ꝙ anima, ista tamen sunt diuersæ naturæ. Ideo indiuiduũ hominis non sic cõmunicatr̃ eidem naturæ, nec speciuoce, nec indiuidue. Et ad cõmunia argumenta quibus argumentatr̃, qđ esset processus infinitus in trinitatibus, cum prima persona habeat potentiam, noticiam, & cõplacentiã, quæ pari euidentia distinguuntr̃, ꝙ tres personæ diuinæ, & foret processus in infinitum. Solutio est, quia prima persona diuina ex se est potentia, est autẽ intellectiua, quia cõmunis natura, cum intellectiua quãdoꝙ accipitur personaliter, & quãdoꝙ naturalitr̃. Et sic est de duobus aliјs nominibus, scilicet, potentia, & beneuolẽtia. Et ita est quędam insensualis nugatio, procedere super tria in natura diuina, cum potentia talis potentiæ foret illam naturam nullum posse posse, & intelligentia uerbi dei foret, illam naturam intelligere intelligere. & uoluntas uolũtatis foret, illud uelle uelle. Et tunc pater intelligit cõmuni intelligentia, sicut filius potest cõmuni potentia, potest tamen sicut est per potentiã, quæ est pater, cum ex patre habet esse. Et conformiter tollitur difficultas, utrum natura diuina gignit aut gignitur. Quis autem Petrus Lombardus uideatur dicere, ꝙ non, sicut species humana non generat, nec generatur, cum actio non cõpetat formaliter, nisi personæ. Potest tamẽ dici probabiliter, ꝙ sicut ex natura diuina est filius, sic ex illa gignitur filius, & ita in persona patris gignit filium, & spiritussanctus procedit ex illa in patre & filio, non tamen idem gignit se, quãuis persona gignens, & persona genita

Utrum natura diuina gignit aut gignitur.

ta sint eadem essentia trina. Tales autē sunt multę diffi-
cultates, quæ potius stant in logica, quā in re ipsa. Ideo
circa altercationes huiusmodi non contendo.

CAPVT VIII.
De Idæis.

PSEVDIS. Videtur ꝙ in istis materijs idioti
ce loqueris, uocem propriam ignorando,
cum non subsistit ratio, qđ sint Idææ in deo
distinctæ, quin per idem forent huiusmodi
infinitæ. & per consequens foret deus infinitus ratione
multitudinis Idæarū, & qđ sint Idęæ a deo distinctæ for
maliter, non negabis. PHRONESIS. Fateor, ꝙ ꝓpter
altitudinē materiæ ignoro plurimū. Sed credo, ꝙ in pa-
tria uidebo clare sententiā, quam modo balbutio. Ideo
teneo me in fide scripturæ, & limitibus rationis, nego
autem ꝙ sint infinitæ personę in deo ad intra, nec ratio,
nec auctoritas hoc conuincit. Personalitas autem est
diuina essentia, & non ueritas aliena in deo fundata, ut
deum posse intęlligere se deum quietari in sua intelle-
ctione. Istæ sunt tres res, cū in eis sit prioritas originis,
& quælibet earum est diuina essentia. Et si tu imagina-
ueris quoties tibi libuerit deum posse, posse intęlligere
se, illud erit, ꝙ deum posse intęlligere se. deum autem
posse intęlligere hominem, uel aliam rem ad extra, nō
est persona formaliter, sed passio diuina, & multo ma-
gis Idæa, non est persona diuina, sed ueritas absolute ne
cessaria, quæ est intęlligibilitas rei ad extra. Quomodo
quæso intelligeret Deus significandum ad extra, nisi
ipsum foret intęlligibile? sicut ergo primū est absolute
necessariū, sic & secundū. Nec deus posset quicꝗ produ
cere, nisi ipsum intęlligeret, cum nihil posset casualiter
producere, uel insipienter. ut Augu. lxxxiij. q. xlvij. sæ
pe arguit, & talis intęlligibilitas est æqualis intęllecti

Quid sit perso-
nalitas in deo.

uitati, uel intellectõni dei quod idem est. Nec posset deus quicq̃ ad extra producere, nisi præcęderet eius intęlligibilitas ad extra, ut exẽplare, quia aliter posset rem ad extra producere, & non ipam intęlligere, & per consequẽs nõ sapienter producere ipsam, quod est summe impossibile. Et hęc ratio quare omes idææ quæ sunt formæ exẽplares, secundũ ꝓprietatem aliquã, sunt in uerbo, quod est forma ac sapientia dei patris. Et ut Augustinus uere asserit, ubi sup. q. xlviij. sine idæis nõ est possibile quenq̃ sapientẽ fieri. Quomodo quæso posset homo esse sapiens cognoscendo creaturã aliquã, nisi cognouerit eius producibilitatẽ, hoc est rationẽ scd'm quã ꝓducibilis est a deo, & per cõsequens rationẽ, secundũ quã intęlligibilis est a deo? Hoc autẽ cognoscit homo abscõdite, licet uerbaliter illud negat, quia sicut nemo intęlligit, nisi ens in communi intęlligat, sic non intęlligit aliam creaturam, nisi eius intęlligibilitatẽ, & intellectionem passiuam intęlligat, & illa est in intęllectu uel uerbo diuino ueritas absolute. Et ideo dicitur, q̃ beati uident in uerbo huiusmodi ueritates. Verũtamen in tota trinitate beata, sunt huiusmodi ueritates secundũ quandã specialitatẽ in uerbo. Quãuis autẽ omnes dictæ idææ distinguunt̃ inter se formaliter & a deo, sunt tamẽ omes essentialiter ipse deus. Vnde Aristot. vij. Metha. arguens contra idæas Platonis æquiuocauit in Logica stulte concipiens, q̃ idæa sit essentia absoluta, distincta ab essentia diuina, sed quis sapiens ita intęlligit? Sed si Aristo. bene concipit, omis talis idęa foret supflua. Sed intęllectualitatẽ creaturarũ oportet omnẽ fidelem ponere, nõ formaliter rem absolutã per se existentẽ, quia tunc foret formaliter ipse deus, & non foret idæarũ distinctio, sed dij infiniti. Illi autẽ qui loquunt̃ formaliter sicut perfecti philosophi, satis concipiũt distinctionem formalẽ huiusmodi idæarũ. Alia (inquit Augusti.) est ratio, secundũ quã deus producit atq̃ intęlligit ipsum hominẽ,

Sine idęis quẽ quã sapientẽ fieri possibile non est.

Omnes Ideae sunt essencialiter ipse deus.

hominẽ, & alia est ratio secundũ quam intelligit asinũ, eo ꝙ deus intelligit talia intelligibilia ut se habent, sed aliter se habẽt illa producta, ergo sunt aliter intelligibilia, & per consequens aliter intellecta. Et ideo dicit subtilis Euãgelista, detegens ꝓductionem rerum ad extra, quod factum est in ipso (Iohan. i. inquit) uita. Nam impossibile est deum quicꝙ facere, nisi illud intelligat, & si illud intelligit, illud habet rationem obiectiuã, scd'm quam terminat intelligibilitatẽ diuinã. Sed uideamus quid essentialiter sit illud scd'm esse primũ, quod habet coæuum cum intellectione diuina, & non inuenieẽ nisi realiter uerbum dei, quod dicit Iohan. xv. Ego sum uia ueritas, & uita. Ideo om̃e productũ ad extra, est necessario & æque primo, sicut uerbũ ipsum, intelligit ipsa uita. Ignorantia autem illius Metaphisice, & ueritatũ huiusmodi æternarũ stat radicaliter in ignorantia artium sermocionaliũ, scilicet grammatica, & dialectica. Quis em̃ rectilogus negaret hanc cõsequentiã, Deus intelligit hoc, ergo hoc est ĩtellectũ a deo? sed de quacũꝙ creatura signata, antecedens est absolute necessariũ & æternum, ergo & consequens. Sed quis grãmaticus hoc negaret? quin si hoc sit intellectum a deo, hæc est res intellecta a deo, & per consequens hæc est res aliqua, sicut & antecedentia sunt absolute necessaria, sic & consequentia ex illis illata. Sed quæ res absolute necessaria foret, hæc demonstrata quacunꝙ creatura, nisi fuerit prima uita? Et quantũ ad sylogismos expositorios, & alias instantias pueriles in illa materia, oportet intromittẽtes se esse instructos in recta grãmatica, & subtili Logica. Grãmatici quidem ponunt, ꝙ ꝓnomina significãt substantiam meram, hoc est diuinam essentiã, secundũ rationem qua intelligit significatum ꝓnominis, siue nominis. Nomina autem significãt substãtiam meram cum qualitate, hoc est supra diuinam essentiã, uel esse intelligibile creaturæ addunt qualitatem, in qua res talis pro

ducitur in esse existere, ut isti termini homo & animal, cum sibi consimilibus cōnominant actualē existentiā, quam habent ex creatione dei ad extra, & sic non cōnotant ipsa pronoia. Et patet ꝙ totus error in scripturę sacræ noticia, & quare idiotæ ipsam sic turpificant atque falsificant, est ex grāmaticę & logicę ignorantia. Et nisi deus adiuuerit ad illa rudimenta fidei cognoscenda, fides scripturæ erit nimiū paruipensa. Patet secūdo ueritas sentæntiæ, quā Augusti. sæpe inculcat, scilicet, ꝙ si aliqua est ueritas, ipsa est in scriptura. Nulla quidē est subtilitas in grāmatica, uel logica, uel alia sciētia nominanda, quin sit excellentius in scriptura. Et licet uoces, aut characteres tales deficiunt in scriptura, tamen in libro uitæ nō potest deficere. Quia ut testat̃ subtilis Euāgelista Iohā. x. non potest solui scriptura quā pater sanctificauit. Quis ergo potest soluere cōnexionem ueritatum huiusmodi ęternarū? Et patet tertio, q̊modo sunt soluendi obiectus puerorū, qui putant ex illa sciētia, ꝙ omīs homo & quęlibet creatura sit deus ipse, quia uita prima. Nam si hoc est hoc, est uita prima, i. deus, uel diuina sapiētia. & hoc est homo, uel alia noīalis creatura, ergo nō possunt esse homo, uel alia creatura, nisi fuerit uita prima. Oportet em̄ supponere iuxta prædictā grammaticā, quod nomina modo quo dicitur, cōnotant qualitatem, ꝓnomina autē significant substantiā meram, & sic est extraneatio significationis & suppositionis in illatione tali uocata expositoria. Et patet exposita ratione, quomodo pueriles turpissime paralogisant, ut si hoc sit æternū, quia secundū esse suum intelligibile atq; primū, & hoc est iste homo, quia in esse suo existere secūdū qd̕ creatur a deo, ergo iste homo secundū illud esse existere est æternus.

Totus error in noticia scripturę sacrę est ex ignorantia grammaticę atq; Logicę.

CAPVT IX.

De inuentore Idearum, & quę habent Idęas.

PSEVDIS. In ista materia possunt credere tibi, qui uolunt Logicam tuam inusitatã accipere. sed graue uidetur, cum singulũ incõplexorũ, aut signficat substantiã, uel qualitatem &c. qd sunt tales Idææ, que nec sunt substantiæ, nec accidentia? Imo sic intelligendo terminos, posses totam philosophiam subuertere. cum Plato primũ inuenit nomen Idææ, & sententia sua per Aristotelẽ est efficacius destructa. Nec ab hinc inuentus fuit Philosophus, qui hanc sententiã ausus fuerat sustinere. PHRONESIS. Nemo debet credere (nisi uolũtarie) ueritati, & ꝙ tantus populus discredit ueritati infringibili, displicet multũ bonis, Ideo laborant, ut homĩes fidem adhibeãt ueritati. Ponit autem Augustinus, ꝙ Plato primũ adinuenit nomen idææ, sed res ipsa cum Platonis sententia est ęterna. Ideo lapsus ac error a uia ueritatis est adeo antiquatus, ꝙ creditur ꝓpter antiquũ errorem illud quod de facto est falsum, uel impossibile esse uerũ. Vnde turpissima & fallax argutia, tam in speculatiua, ꝙ̃ in morali materia est, qua diabolus seducit miseros, si ad tantũ tres credita, uel usitata fuerit illa sententia, ergo uera. Et sic credens fidei scripturæ cum uerbis suis, debet dictam Logicam acceptare, quia sicut sacræ scripturę sententia, sic & eius Logica a fidelibus est ueneranda. Vnde peccãt mortaliter, qui dimissa Logica scripturæ, innitunt̃ adinuentionibus friuolis hodie usitatis, cum deus obligat plus homines ad formam uerborũ fidei scripturę, quã creatura aliqua posset ad suas inuẽtiones uel consuetudines obligare. Et hinc lapsi sunt discoli ad tãtum in deuium, quod reputãt legem dei summæ impossibilem, & propter adulterinas traditiones a cunctis hominibus relinquendã. Et ex isto errore pullulãt alij infiniti. Nec mouet tua argutia, si singulũ incõplexorũ significat aliquod decẽ generũ, ergo non sunt idęæ. Nam omne incõplexum tam kathegorema, ꝙ̃ sinkathegore

Plato adinuenit nomen idęę.

Turpissima est et fallax atq; nimis cõis argutia diaboli.

ma primarie, uel secundarie significat substantiã, imo diuinam essentiã, & tunc nomina Idæarum significant tam substantias, quam diuinam essentiã. Sed non est color. si nomen Idææ significat substantiã, uel aliquid assignãdum, ergo est formaliter illud signatũ, quia sic deus esset quælibet creatura, & om̃e noĩabile foret Idæa æterna, sicut quidã errãtes cõcędunt. Idæa ergo est essentialiter natura diuina, & formaliter ratio, secundũ quam deus intelligit creaturas. Et sic intelligẽdo terminos, quo modo scriptura sacra & philosophi rectiloqui conceperunt, non subuertitur Philosophia, sed præparata esset uia, ad philosophiam nobis miseris cognoscendam. Nec Aristot. sciuit istam sententiam Platonis destruere, sed æquiuocando ac ignorando ueritatẽ sui sermonis, multos hoĩes duxit in deuium. Sed Augusti. & multi alij errorem Aristot. detexerũt. Et patet quod assumis falsum & infundabile de Aristot. sententia atque uerbis. Vnde antiq deliri nostri tẽporis ad tantũ lapsi sunt in illa materia. quod concędũt, quod quælibet creatura, imo quodlibet noĩabile est Idæa, ut homo secundum rationẽ, qua intelligitur a te, uel alio, est Idæa, & sic ęternus, inenarrabilis, incorruptibilis, nec solum hoc, sed filius tuus, & infinita nobis similia, quę uere ponimus nos, non existere absolute, necessario sunt Idęę, & tunc tu habes infinitos filios, & ita de alijs friuolis risu dignis. PSEVDIS. Licet paruipendas illam logicam, tamẽ multi subtiles logici nostri tẽporis hanc admittunt, & graue uidetur, quod deus intelligat filium tuum, montem aureum intelligibile cum eis similibus, nisi deus habeat Idæas, per quas ista intelligit, sic enim deus habet idæam peccati, cũ ipsum intelligit, iudicat, & discernit. PHRONE. Istam logicam propter ex ea sequentia, debet quilibet fidelis despicere. Scio tamẽ quod fratres ipsam magnificãt, cõcędẽtes quod habent infinitos naturales filios, & alia maxima mõstra mundi. Ideo imo infinitũ meliorẽ deũ quam nos habemus

Idea quid sit.

Aristoteles multos duxit in deuium.

mus, & sic de similibus blasphemiis, in quas incidũt propter errorẽ amplioris intellectus. Et sic credũt falsè ipsos intelligere infinitũ meliorẽ deũ, quàm est deus noster, licet deus nõ posset ipsum cognoscere. Et sic uidetur quod deus nihil potest intelligere, nisi quod de facto intelligit, quia si hoc potest intelligere, ipse cognoscit quod hoc potest intelligere, cum illa sit ueritas, & siue deus, siue hõ cognoscat, quod hoc põt intelligere, tũc intelligit hoc. Ideo si deus quicquid uult intelligere, tunc illud intelligit, quia dictũ est, Deus nihil potest incipere, uel desinere intelligere. siue cognoscere, & deus nihil intelligit, nisi quod est saltẽ secundũ esse intelligibile. Et probabiliter põt dici, Deus nihil intelligit, nisi quod existit dum põt existere, & sic omne quod existere potest, existit. Sic enim proposito, quod filius tuus est, respondetur supponẽdo quod nõ, quia si nõ erit, non est, & ecõtra. & sic infinita sunt signa que errabũdi uane intelligũt, putantes se intelligere sua significata primaria, dũmodo nõ sit ita. Sed iuxta dicta supius intelligũt sic cõmiscendo signatũ termini cũ modo intelligẽdi, ut non docetur, sed supponitur esse falsum, quod deus intelligit filium meũ. Et hoc uidetur cõsonantius, quàm cõcedere, quod quilibet frater habet infinitas uxores, habet & filios, imo, quod omne scandalũ sibi impossibile sibi inest, & sic deus nõ intelligit filiũ tuũ montẽ aureũ. Et in ĩtelligibile, licet intelligat ista signa, & sic nõ sunt Ideæ taliũ, cũ non existentis, non sit Idæa. De peccato cõceditur, quod deus ipsum intelligit & cognoscit, nõ tamẽ habet peccatũ Idæam. sed homo cognoscẽdo creaturã peccabilẽ, & quod peccat sine Idæa, hoc est per carentiã uacuitatis Idææ (ut dicit Lincoñ) cognoscit peccatũ. & sic de quocũque malo culpæ, abstractiue & formaliter intellecto. Omne tale cognoscitur a deo per carentiã Idæalem, sicut homo cognoscit tenebram per carentiã speciei luminis. Quia tamẽ materia ista est difficilis & brigosa, ideo ab illa supsedeo, relinquẽs pro alio loco diffusum tractatũ illius materię.

Omne quod potest existere, existit

Deus peccatũ intelligit et cognoscit

Non existentis non est Idea

CAPVT X.
De intelligentia & potentia dei,

PSEVDIS, Hic manifeste laberis in Charibdim concędens, quod deus solum intelligit quod existit, & ꝙ nihil potest producere, nisi ꝙ actualiť producat, ꝙ cōtradicit fidei scripturę & rationi uiuaci. Ideo adtantum blasphemias in deum, ꝙ homo intelligit multa falsa, quæ deus non potest intælligere, cū Christus præcipiendo Petro mittere gladiū in uaginam, concędit, ꝙ rogare potest patrem, ut ipse exhibeat sibi plusꝗ duodecim legiones angelorum, & sic de multis suffragiis quæ deus non compleuit. Aliter enim non foret omnipotens, cum ad omnia quæ potest terminatur sua potētia inclusiue. Et sic nemo foret culpādus ꝓpter aliquod ꝗ faceret, cum absolute necessario illud eueniret, quod impugnat libertatem diuinæ potentię. Imo uidetur ꝙ in Idæis procędendum foret in infinitū, pari euidētia sit Idęæ Idæa, qua euidentia alicuius ad extra signabilis sit Idæa, & intellectus diuinus foret æquæ præcise amplus, sicut sua potentia cognitiua. Imo uidetur quod sicut producibilitas creaturæ & eius intelligibilitas distinguūtur, sic forent duæ maneries Idæarum, scd'm quarum primā deus intelligit rem ad extra, & iuxta secundam efficit rem ad extra. PHRO. Cum multæ sint res, quæ nō habent existentiam, uel esse existere formaliter intelligendo, patet ꝙ falsum assumis, cū deus ītelligit ꝙ hoc fuit uel erit & intelligit, ꝙ hoc non erit, cū multis ueritatib. rationis similibus, quæ nō possunt habere existentiam actualē. Concædi tamen potest, qđ oē quod potest existere, tempore suo existit, & sic deus cōmunicat omni homini intellectiuam potentiā super oē quod ipse deus intelligit, tamē necessario alio mō intelligit, ꝗ est modus quo homo potest intelligere, cum distinctissi-

Res ratiōis nō habent existentiam vel esse existere formaliter.

Oē quod potest existere tempore suo existit.

stinctiss. & inerrabiliter deus solū ītelligit, hō aūt nihil intelligit nisi errabiliter & confuse. Vellē tñ addiscere in illa materia, quia nihil definio de dei potentia, nec audeo profundare me in distinctione, de absoluta dei potētia, & potentia ordinata. Scio tamen qđ sępe lapsus sum in altitudine maris, multa balbutiens, quæ non ualui clare fundare, & in aliquibus est illud facilius, in alijs autē difficilius. Nec uideo nūc, quare deus posset multa non existētia intelligere, quī per idē intelligat īfinita, quę tu nō potes intelligere, uel econtra utrolibet deficere, ratō hęc probandi sicut somniatio, qua dicit deū aliqua ītelligere, quæ non possūt esse, & ista sūt specialiter deo cognita, sed nō nobis. Talis autem uagatio captionū ex cōmixtione sensuū materialiū & significatorū inducit plurimos in Charibdim. sicut religiosi errant moraliter ex cōmixtione suarū traditionum, & legis diuinæ. Et sicut deus ad intra nihil pōt producere, nisi àl solute necessario illud producat, sic nihil ad extra potest producere, nisi pro suo tēpore illud producat. Et sic orationes fiūt necessario, & aliquæ implentur necessario, & aliæ necessario superfluæ sunt, & sic Euangeliū uere dicit Matth. xxvi. qđ deus pater potest exhibere filio plus quā duodecim legiones āgelorū, & sic facit. Non tamē dicit Euangelium, ꝙ illas legiones potest filio suo concœdere, ut nō taliter patiatur, Potest tamen si uoluerit, & sic cōcædtuntur conclusiones contingētiæ, quas manus (hoc est) opposita eorum possūt contingere si deus uoluerit, modo quo Augus. concædit, quod deus pater potest ad intra gignere alium filium, & sic est cōtingentia quo ad tempus, & non contīgentia simpliciter absolute. Et tñ oportet cōciliari, negociari, dānari, & qcqd deus uel creatura fecerit aut omiserit ī hoc mūdo. Scio tñ qđ illa uia ē ualde difficilis, & multis q̄ quondā opīatus sū satis cōtraria, paratus tñ sēper sū reuocare qcq̄d dixero, docto qđ sit cōtrariū ueritati. Et patet solutio ad obiectus cōcędo ꝙ deus nihil pōt ꝑducere nī ꝑ mēsura aliq̄ illud Protestatio Uuiclefij.

producat, quia aliter non clare solui t ratio Aug. de dei inuidia uel impotẽtia. Ideo signata quacunq; creatura, docto, q̃ ista potest esse siue intelligi, cõcędo q̃ deus potest illam ꝑducere. Sed nolo uagare circa intelligibilitatem, seu potentiã ꝑducendi res, que nõ sunt, concędẽs q̃ nihil est ꝑducibile, nisi quod est, cum si hoc sit intelligibile, uel producibile, hoc est res quæ potest intelligi, uel produci, & sic intellectus diuinus, ac eius noticia sunt paris ambitus, sicut intellectus creatus, & eius noticia, & sic falsum assumis, qđ tu multa intelligis, quæ deus non potest intelligere. Imo q̃uis illud om̃e intelligis, qđ dęus potest intelligere, & econtra, tam̃e infinitum imꝑfectiori modo, q̃ deus potest intelligere. Et sic om̃e falsum qđ homo intelligit, deus intelligit, false tamen homo intelligit, qualiter nõ potest deus intelligere. Siue em̃ falsitas fuerit in homine, siue in alia signabili creatura, de 's intelligẽdo illam falsitatem, intelligit subiectum eius falsum, quod simul est uerum, cum sua falsitate, eo qđ est ens, & sic uerum uel intellectũ a deo.

Intelligere quid sit.

Vnde nec homo, nec deus intelligit q̃ homo est asinus, quia cum intelligere sit intus legere, tunc liber uitæ foret falsissimus. Deus tamen clare intelligit hęc signa falsa, sicut tu intelligis. sic homo est asinus, & sic deus est om̃ipotens, cum omne positiuũ producibile producit. Peccatũ autem quod est defectus hominis, non ꝑducit, & sic oĩpotẽtia dei, & eius actualis creatio uel caussatio coæquant̃, Non qđ omnipotentia sua se extendit ad aliqua, quæ tu non intelligis, aut quod illa non sunt signãda, sed omnino huiusmodi sunt defectio. Et sic tollitur uaga imaginatio Sophistarũ, qui false dicunt, quod intelligunt multa, quæ balbutiendo, nec ipsi, nec deus intelligit. Vnde tales negatiue, Deus non intelligit ista. dębent sic probari. Ista non sunt, ergo ista non intelliguntur, & antecędens potest intelligi sicut eius subiectum, nemo tamen intelligit qđ adæq̃te significat. Sed

quia

quia deficit eius adæquatum significatum, ideo uerũ est ꝙ illa non sunt. Et patet plane ꝙ sequitur necessario, qđ deus culpabit iniustum, cum aliter deficeret dei iusticia. & deus ordinauit æternaliter quod culpabit, sed non ordinauit ꝙ homo peccabit, quia super hoc nõ cadit ordinatio, sed deordinatio. Et si quęras quare deus non ꝓhibuit hominem, ne sic peccet, est mihi faciliter respondere, quod ideo, quia hoc non fuit prohibile cum nõ fuit, nec potencia dei se extendit ad hoc, cũ hoc nõ est, & potentia diuina nõ se extendit ad nihil uel uacuum, uel nõ ens, & omnes prohibitiones dei quæ exprimũtur in scriptura, intelliguntur sub conditione tacita, ꝙ si facis sic, tunc necessario punieris. Ideo propter illud periculum prohibet deus, ne sic fiat, hoc est certificat si sic factum fuerit sic punietur, Non tamẽ est possibile, ꝙ deus quicꝗ mãdet, nisi aliquis hoc obseruet, ut patet de Christo. Alijs autem præuaricatoribus præcœpit, ꝙ non sic faciant, uel aliter punientur. Absolute tamẽ necessariũ est, ꝙ non sic facerent sicut deus & homo necessario intelligunt quicquid mandant, homo tamen sępe false intelligit illud quod mandat. Quantum ad libertatem diuinæ potentiæ patet, ꝙ est sũme libera, & tamẽ quicquid facit necessario eueniat, sicut deus pater sũme libere ꝓducit filium, & tamẽ necessario absolute. Et quãtum ad libertatem contradictionis patet, ꝙ est terminus magistralis erronee introductus, ut idem quod deus potest facere si uoluerit, & non facere, si noluerit, cum hoc quod sit cõtingens quo ad tempus dicunt qđ libere contradictorie est productum.

Quare deus nõ prohibuit hoĩes peccare.

Omnes prohibitiones dei in scriptura intelligũtur sub cõditiõe

De necessitate absoluta.

Libertas diuinae potẽtiae.

CAPVT VNDECIMVM
De limitibus Idæarum.

PRONESIS. Quantũ ad processum infinitũ in idęis patet, quod est dare limites idæarum, cũ alia sit idæa uniuersaliũ, & alia singularium, &

ꝑ cōsequēs prima Idæa, est Idæa substātię, uel entis analogi. Et cum nō sit processus in infinitū in Idæatis illis, quō deus in infinitū posset ꝓcędere in Idæis: imo ipsas Idęas deus intelligit per seipas. cum sit essentialiter ipe deus, Ideo falsum est, ꝙ Idææ est alia Idæa, & sic in infinitum, cum multiplicando illa uerba, homo balbutiēdo ignorat seipsum. Nec dices diuersitatis rationē, qualiter hæc sit incongrua, homo homo currit, quin cū per idem hæc erit incongrua ac nugatoria, Idææ est Idæa, & sic in infinitū. Et in multis istarū loquutionū sunt multę nugatorię incōgruitates, quas balbutiēdo obijcimꝰ, & sicut hic est nugatio, deus intelligit seipsum intelligere se intelligere, sic est hic nugatio, Intellectiuitatis dei est intellectio, & sic in infinitū. Et ita de Idæis, ꝙ intelligibilitatis rei est alia intelligibilitas, & sic in infinitū Et ita de generatione accidentiū, ut quantitatis est alia quantitas, qualitatis alia qualitas, relationis alia relatio, & sic in generibus ꝓcędendo. Imo docent Philosophi, ꝙ standū est in primo. licet uideaᷣ Augustinus asserere, ꝙ intellectionis alia est intellectio, & ꝗdiu uolueris procędendo. Tamē graue uidetur, ꝙ intellectio quę est actus animæ, non posset distincta intellectione concipi, uariato tam obiecto, ꝗ tēpore, certū est tamen, qđ sic geminātes intelligūt superflue atꝗ male, & ut subtiliores grāmatici concędunt, loquunᷣ incongrue. Et in isto errore laborāt, ponētes uacuum infinitū, & sic tam grāmatica ꝗ methaphisica destruent talem uagationē friuolam, ultra limites rationis. Intelligamus ergo res, quæ per suas existentias mouent obiectiue intellectum nostrum. & de illis habere possumus noticiā cōsequentis. Sed sicut in materia calculatoria, multi labunᷣ perdendo seipsos in pelagus intellectus, sic in materia de talibus rationibus geminatis, & alijs cogitationibus superflue introductis, ut multæ sophistæ dubitant, si deus intelligit omēs hoīes quos potest producere. Et sunt re

sponsiones

sponsiones uariæ sophistarũ, ut quidã dicũt φ non possunt intelligere, quia signatis illis, sunt alia indiuidua hoĩm, φ̃ illa signãda. Et pari euidentia qua potest deus aliquẽ illorũ ꝓducere, potest ꝓducere quẽlibet aliorũ, & sic in infinitũ. Nec est ratio quare aliqđ nõ ens potest intelligi, quin per idem alius numerus hoĩm, φ̃ iste põt intelligi, & sic in ĩfinitũ. Nec est ratio fingẽda ulterius, q̃re deus põt de illo numero, quẽ nõ ꝓducet, singularẽ hoĩem ꝓducere, quin per idẽ de alio numero extraneo signãdo. Ideo dicũt sophistice negatiuã, φ deus nõ põt intelligere oẽs hoĩes q̃s potest ꝓducere, quia tunc foret sua potẽtia necessario limitata, & sic deus nõ intelligit maximũ numerũ hominũ, quem deus potest facere simul, quia tunc non posset creare aliũ hominẽ cum istis. mundũ maiorare, uel illorũ aliquẽ minorare. Et concędunt, φ plura potest ꝓducere, quã potest intelligere, & ecõtra. Sed quãdo arguĩt illis, si deus potest plura ꝓducere φ̃ ꝓducit, ergo aliqua & aliq̃d potest ꝓducere, qđ non potest ꝓducere. Et si pręcise tot producere potest, que & quot põt ꝓducere, stabat Iohannes, tunc est dare maximũ numerũ quẽ potest ꝓducere, & si ille numerus est signandus, & sic potẽtia dei terminaẽ ad finitum & maximũ qđ potest, quod tamẽ effugiũt ut uenenũ. in oĩbus istis facilitati sumus cõcędere, qđ est dare maximũ qđ deus potest intelligere, quia istos homĩes q̃s deus intelligit & ꝓducit, potest intelligere, & nõ ultra, Vnde sicut idem est, deus intęlligit hoc, & deus põt intelligere hoc. Sic idem est, deus facit hoc, & deus potest facere hoc. Potentia autẽ sua est utrolibet infinita, cũ sit potẽtia nõ habens finẽ ulteriorẽ. Potẽtia autẽ creata est finita, quia habet finẽ supra seipam obiectiue & finaliẽ terminantẽ. Et ita concędi potest, φ idem est ꝓducibilitas creaturæ, & eius intelligibilitas, cum idem sit dicendũ, inter legere creaturam quamlibet, & ipsam producere, uel seruare. Alia autem uidetur instãtanea productio.

Est dare maximũ qđ deus potest intelligere

producibilitas et itelligibilitas sunt idem.

q̃ seruatio uel intellectio, & sic eadẽ est idæa caussandi, & intelligendi quãlibet creaturã. Sed cum peccati non sit Idæa, nec peccati productiuitas, uel ꝑducibilitas, est in deo, sed oportet concedere peccatũ esse, & adesse uel abesse deficere. & sic ratiõe peccati oportet in esse ęqui uocare, & sic quilibet qui malefacit, uel peccat, uidetur tante malefacere, quante potest. Et ista moderatio hoĩs mensurat̃ per deum, ad tantum quantũ potest, licet ipse ignoret terminũ mensurantẽ. Sicut infans putat se moueri & progredi, ultra hoc qđ limitat eum ducens, quia credit erronee, ipsum hoc facere ex seipso. Notãda tamen est distinctio actionis dei ad intra, & actionis suæ ad extra, cum prima non sit tẽpore mẽsurata, sicut mẽsuratur secũda. Quãuis necessario deus facit hoc opus, sicut & ipsum intelligit, sed non semꝑ necessario illud facit. Et sic actio dei ad intra, non indiuiduat̃ a tẽpore, licet necessario ad actionem dei intrinsecã, tẽpus consequitur. Nec despicienda est illa sententia, licet Auicenna & plures alij Philosophi priores (quos nominamus hæreticos) ipsam tenuerunt, quia sicut in materia de sacramẽto altaris, plures ultra hoc quod cognoscũt, balbutiunt, sic in illa materia. Dicunt eñ, qđ cõsecrata hostia, est accidens sine subiecto, & tamẽ hoc non possunt intelligere, & sic affirmant q̃ nõ possunt concipere, nec deus ipsos docere. Et sic indubie false concipiunt & indocte, cum deus doceat omnẽ ueritatem, & solum illam quam ipse semper intelligit, & potest facere ipsos intelligere, uel intus legere in libro uitæ.

Distinctio actionis dei ad intra/ et actionis ad ex

Hostia.

Explicit liber primus.

Caput primũ

CAPVT PRIMVM.

De uniuersitate creata.

ALITHIA. Videtur post illam generalem sententiã dictam de deo, loquendum esse de uniuersitate creata. Supponendo illam uniuersitatem, loquendo generaliter esse mundũ, licet mundus cõmuniter accipitur pro uniuersitate createę substantiæ. Et primo uidetur, ꝙ quælibet pars mundi necessario est creatura, quia quælibet pars mundi est, & si est, necessario est. Et quod necessario creatur, ex hoc euidet, qđ necessario producit̃ ab esse intelligibili ad existentiã actualem. Ideo eius creatio, uocat̃ actio dei ad extra. Nam quacũq; parte mundi signata, nisi suum esse intelligibile, & suũ esse existere distinguant̃, ita absolute necessario e[illegible] æterna, & sic deus. Et patet ꝙ aliud est rem semper esse, & illam æternaliter esse, cum mundus semper est, quia in omni tempore, & tamẽ non æťnaliter, ut patet ex eius creatione. Nam quia instans creationis oportet incipe sicut mundum. Vocando autẽ mundũ aggregatũ ex uniuersitate creaturarũ, tam substantialiũ quam accidentaliũ, uidet̃ ꝙ cõsistit in quadã successione, & cõponitur ex non quãtis. Sed uocãdo mundũ aggregatũ esse perpetuũ, cũ materialis essentia, quã quidã uocant materiã primam, sit perpetua quãtumlibet sit diuisa, & aliæ abstracte substãtiæ, quas uocamus angelos, humanæ animæ, & uniuersalia, etiam sunt perpetua, cum necessario semper erunt. Nec oportet solicitari de unitate huius mundi a qua forma est indiuiduus, uel unus ex t[illegible]m multis substantijs aggregatus. PSEVDIS, Verba uidẽtur nimis insipida, & totã philosophiã destruẽtia, Quis quæso diceret, ꝙ pro quolibet instanti est nouus mũdus, & mundus desinens esse? Item aggregatũ ex accidẽtibus & substantijs, uidet̃

Aliud est rem sẽper esse / et illam aeternaliter esse.

esse idem cũ ipsis substantijs, sicut idem est homo albus & homo. Item uidetur ꝙ mundus acceptus ꝑ uniuersitate substantiarum cõtinue innouatur, cũ continue generãtur substãtiæ sublunares ex elemẽtis, ut patet de mixtis, & specialiter de aĩabus humanis. PHRO. Cõstat ꝙ mundus accipitur satis æquiuoce, cum scd'm Philosophos, homo dicit̃ minor mundus, corpus etiã sublunare uocat̃ mĩor mũdus, scd'm se totũ incorruptibilis, homĩes etiã in notabili multitudine cũ rebus eis adiacẽtib uocant̃ sępius totus mũdus. Et sic ex diuersitate modi loquẽdi, patet philosophis q̊modo mũdus accipit̃, & sic uniuersitas creata põt dici mũdus, quã oportet incipere tã scd'm partes substantiales, ꝙ̃ accidentales, ut patet de instãtib. de luminib. & corporibus sublunarib. cõtinue generatis. Et ideo dicũt uulgares, ꝙ uariata notabiliter nostra habitabili terra per respectũ faciei cœli aduẽit nouus mũdus. In illo aũt mundo oportet esse aliqua solida ꝑmanentia, sicut in hoĩe sunt mẽbra spermatica, & illa sunt de creatiõe pria ordinata esse perpetua, & sic quia aliqui nolunt acceptare ęquiuocatiões huiusmõi, est cõtẽtio uolũtaria inutilis & ĩanis. Et patet solutõ ad tuam primã instantiã, & sic loquẽtes de mũdo, debẽt ĩ eius sẽsu ad tollendũ ęquocatõem primitus cõuenire. Ad secũdã tuã instantiã patet logicis quõ aggregatũ põt dici substãtia & accidẽs in sensu cõposito, sic ꝙ idẽ incipiat uel desinat ad ĩceptionẽ uel desinitionẽ partis suæ substantialis uel accidentalis. Et terminus accidentalis personaliter potest denotare talem substantiam, cui inest accidentaliter tale accidens assignatum, ut homo albus potest uocari natura hominis, & non huiusmodi aggregatum. Et primo loquuntur Aristoteles, & Auerrois commentator suus communiter. Et in illa dissertione uerbali stat tua replicatio sine fructu. Ad tertiã tuam instantiam patet, ꝙ stat contentio in ęquiuocatione acceptionis mundi. Communiter tamen dicitur, sicut est

Mundus accipitur ęquiuoce.

continue

continue idem homo propter unitatem animæ, & unitatem membrorũ spermaticorũ, sic est continue idem mundus, ꝑpter unitatem materialis essentiæ, & unitatẽ dei, qui secundũ quosdam dicitur anima mũdi. Et quo ad unitatem formæ intrinsece, quæ est pars mundi, est dissensio apud multos, ut quidam autumant, ꝙ angelus est pars cœlestis corporis atq; mundi. Quidam autẽ, ut Auicenna, & alij peripatetici, putantes qđ cœlum mouetur ex se, credũt ꝙ cœlum habet animã sensitiuã, cui inest uirtus imaginatiua, & non sensus particularior. Nec mireris quomodo mundus dicitur unum corpus, & continuũ ex partibus immediatis, licet sint corpora dispariũ specierũ, quia sic est in homine, imo duo homines quantũcunq; distantes, faciũt unum corpus, & unũ spiritũ, & unam animã, cum localis distantia, uel contiguatio non impedit, quin talia constituant unũ corpus, eo ꝙ iuxta Porphiriũ participatione sp[illegible]ciei, plures homines sunt unus homo. Mihi autem uidetur, ꝙ angelus non componit cum orbe, & si moueat illum orbẽ, cum non potest mitti ad terram iuuando homines & redire. Nec uidetur mihi oportere, ꝙ orbis habeat sic animam sensitiuam, licet luna & aliæ influentiæ cœlestes uiuificent massam corporis sublunaris, & ita totus mundus corporeus est una substantia, & sufficienter continua, cum sit naturaliter unum corpus, & ad corruptionẽ suarum partiũ sublunariũ, non oportet ipsum corrũpi, uel si corrũpitur secundũ suam partẽ, & secundũ aliam generatur, non tamẽ incipit uel desinit pro tunc esse. Et sic cõis Logica, & philosophia excutiunt difficultates sophismaticas, quæ in illa materia uentilantur. Et hoc satis est de unitate & de incorruptibilitate huius mundi.

Totus mũdus est vna substantia sufficiẽter cõtinua.

CAPVT II.

De triplici mensura æternitatis

Triplex mensura. æternitas/æuū et tēpus/et quid sint.

ALITHIA. Videt̃ ꝓpter dicenda cōsequenda esse pertinens de mensura triplici pertractatio, scilicet, de æternitate, æuo, & perpetuo tempore. Aeternitas autem est duratio dei scd'm esse īmobile. Et uocatur a Boetio, intẽminabilis uitę possessio, tota simul cum in ęternitate non succędūt partes sine instanti, eo φ deus non habet esse transmutabile, uel obumbrationē uicissitudinis, sicut mundus. Concędit̃ tamē, φ deus fuit, & erit ꝓpter adiacentiā temporis, φ cōtingenter uel accidentaliter sibi inest, sic φ si per impossibile nō esset mūdus, aut mot⁹ sensibilis, nō inesset deo fuisse, uel fore, sed simplicit̃ purū esse, & sic nō oportet mussitare de partibus, uel instantibus æternitatis, aut φ alij quā deo potest ipsa formaliter cōpetere, licet caussaliter principiet omnē mensuram creatā. Nec refert, siue ipsa æternitas uocet̃ pars æternitatis, siu pura æternitas, cum sit idem. Aeuū autem uel æuitas, est mensura spiritualis, & mole indiuisibilis creatæ substantiæ, secundum quā dicitur perdurare, & non consistit in successione, sicut nec æternitas.

Iacobi. i.

Aeūu quid sit.

PSEVDIS. Ista uidet̃ brigosa sententia, primo quia uidentur esse tot æuitates, quot sunt tales spiritus perdurantes, Verūtamen sicut est una æternitas, & unū tempus, sic uidet̃ φ sit una æuitas, quæ omnibus talibus spiritibus est cōmunis. Secūdo uidet̃, cum angeli possunt moueri tam sensibiliter quo ad corpus, φ insensibiliter secundū affectiones animi, φ fuisse & fore insunt suis durationibus, sicut & tēpori. Ad quid ergo oportet ponere æuitatem huiusmodi ante tēpus? PHRONE. Quantum ad primā instantiā tuam uidetur, φ multitudo illorum spirituū, sicut dicitur, non constituere unū spiritū, ita sua prima duratio, non dicitur cōstituere unū æuū. Mihi autē uidetur probabile, φ illi spiritus cōstituunt unum spiritū, & φ omibus illis una æuitas est cōmunis. Et φ ex adiacentia tēporis, ratione mutabilitatis suæ,

Oēs spūs constituūt vnū spiritum.

habent

habent ꝓpriam qualitatem & fuisse ac fore, quod est po sterius ipso æuo, ut beati intuentes diuinam essentiam, ac ĩmoti in suis affectionibus, habẽt unam duratioẽ cõ stantem, nõ successiuã. Oportet ergo ꝙ illa duratio ha beat quoddã nomẽ, & præter illam cõmunem æuitatẽ, uidetur ꝙ singulus illorũ spirituũ habet ꝓpriam mensu ram, quæ a quibusdã dicitur æuitas, & ab alijs quandali tas æuitatis. Nec est difficultas in istis uariationibus ter minorũ. Ad secundã instantiã tuam, patet ꝙ conclusio illata debet concedi. Verũtamen æuitas est, ante tale fu isse uel fore angeli. Angelus autẽ potest mirabili celeri tate assumere sibi corpus pręter unionem hypostaticã, & aptare sibi illud corpus in figura & accidentibus hu mani corporis. Propter qđ Grego. & alij sancti, uocant tale aggregatũ ex spiritu & tali corpore, animal ratio nale, & sic talis quandalitas creati spiritus tempe mensuratur, & non solũ illa, sed successiua affectio, ac insen sibilis talis creati spiritus, siue bona fuerit, siue mala, & ita uidetur substantiã materialẽ, & spiritũ hominis ha bere quandã æuitatem, durationẽ suam successiuã natu raliter pręcędentẽ, ut posito ꝙ subducta foret om̃is suc cessiua mutatio, siue tempus, staret cum hoc, qđ tales substãtiæ habeãt durationẽ solidam ꝑmanentẽ. De tpe aũt uidetˀ, ꝙ sit duratio mũdi in esse trãsmutabili, scđm esse prius, & secũdũ posterius successiuũ, & sic quęcũqꝫ mũdi ꝑs sic mota fuerit, inest mũdo tẽpus. Ideo quodã modo uere opinatus fuit Auerrois, ꝙ tẽpus motũ cõse quitur in cõmuni. Relictis aũt erroribus de quidditate tempis, capiendũ est, ꝙ ex unitate mundi, & motus sui, est idem tempus in numero, multiplicatũ per totũ mun dum in cœlo, & in mari, & pręter illud tempus, partes mundi habet suas ꝓprias quãdalitates, quæ ex mensura tempis sunt caussatæ. Et ideo uere dicit Autor sex prin cipiorũ, qđ quando, uel quandalitas est illud, qđ dere linquitur ex adiacentia tẽporis, cum duo genera quan

Angelus assumit sibi corpus pręter vnionem

Tẽpus quid sit

Quãdo uel quãdalitas quid sit

titatis, scilicet. tempus & locus principiant duo prædi/camenta, scilicet, septimũ & octauũ. Et sic nullius par/tis mundi successiua duratio est tempus, sed ipsa quãda litas, Et patet qꝫ si aliqua pars mundi successiue duraue/rit post diem iuditij, tunc post diem iuditij erit tempus. Verũtamen ad hoc, qꝫ pars mundi tempore mẽsuretur uidetᷣ oportere, qđ illa pars transmutationẽ habeat suc/cessiuam, ut omnino quieto cœlo, & moto angelo, uel corporaliter uel spiritualiter, tunc ipsum cœlum est in tẽpore sicut deus, sed nõ tẽpore mẽsuratur, sic & modo deus, & beati exempti sunt a tẽpore intelligẽtiæ cũ sunt fuerunt, & erunt. Et tamẽ non sequitur qꝫ tempore men surantur, ideo talis quandalitas eorũ, uidetur esse dic/ta ęquiuoce, quo ad quãdalitatem corporis, tẽpore mẽ/surati. Instans autem tẽporis, est pars eius indiuisibilis, tam quo ad molem qꝫ quo ad successionẽ, cum sit istum mũdum, quo ad moueri uel mutatũ esse indiuisibiliter permanere. Et ita instans temporis, cum omne tempus sit quantitas, non dicitur esse tempus, sed tẽporis infini tum, uel finis. Idem tamen est, instans tẽporis per totũ mũdum, & pars mundi, habent suas quãdalitates indiui sibiles sicut mũdus, & illæ quãdalitates non sunt instan tia, sicut Gilbertus Porreta. loquitur. Et ex istis sedari potest dissensio, in qua diuersi homines in materia de incęptione mundi inaniter altercantur supponẽdo pri mo, qꝫ omne qđ fuit uel erit, est in aliqua parte magni tẽ poris. Et supponẽdo secũdo, qđ res tunc incępit esse, quando pro aliquo instanti tẽporis est, & ante illud non fuit, tunc pro primo instanti mũdus incipit, quia pro il/lo instanti mundus est, & ante illud non fuit. Deus autẽ licet sit in illo instanti, & ante illud instans nõ fuit, secũ/dum fuisse successiuũ, nõ tamẽ uidetur mihi esse pro il/lo instanti, cum non potest tempore, uel instanti tempo ris mẽsurari, & sic aliud est esse in instãti temporis, & es se pro instanti temporis, Mũdus autem & quælibet eius

Instãs quid sit

Aliud est esse in=stans tẽporis/ et esse pro instanti temporis.

pars est pro illo instanti tēporis, sed nō deus, cum quæli bet pars mundi creatur, & deus est increabilis cum non potest incipere, existere, uel habere esse ante existētiam actualem, cōcedi tamē potest, ꝙ continue post primum instās esse mundi est uerū, qđ deus fuit ante illud instās; sed non tēporaliter, uel uariabiliter, imo naturaliter & caussaliter prius. Verūtamen si essemus in primo instāti mundi, tunc non est ita, sed incipit ita esse, qđ deus fuit, aut qđ mundus fuit. Et sic uidetur mūdum, & partes mundi prius naturalir fuisse ante illud instans, & sic melior, breuior, ac cōmunior uidetr esse illa loquutio, quā pictaciæ supadditę expositioni inceptionis, qđ illa propositio, deus incipit esse, debet sic exponi, deus est, & non fuit, si aliquid fuit, tum quia inceptionis significatio uariatr, cum iuxta istam significationē quælibet cretura semp incipet, tum etiam, quia generaliter est inceptio uniuoce distribuenda. Et ita ista p opositio ante, dicit ęquiuoce nūc prioritatem ordinis, alias originis naturalis, & nunc prioritatē temporis, ut in expositione inceptionis. Si autē quis contenderit circa repugnātiam iam dictorum, potest latius exprimere illam ęquiuocationē, ut si res incipit esse, tunc est pro aliq instanti tempis, & nō ante illud tempaliter est, uel instāter, quia mūdus est ante illud instans, qđ est prius naturalir, non tamē tempaliter ante illud, sicut nec deus, Deus tñ non est pro illo instāti, sicut est mūdus cū qlibet eius parte.

Deus incipit esse quomō exponitur.

Ante dicit duplicem prioritatem.

CAPVT .III.

De cōpositione rerum & creatione.

PSEVDIS. Impossibile sępe assumis, ꝙ cōtinuū cōponitr ex non quantis, quod Aristoteles sæpe reprobat cōtra Platonem atꝙ Democritū, imo uiuax ratio ac demonstratio Metaphisica illud docet. PHRONESIS. Certum uidetur

Continuū componitur ex non quantis.

ſapientibus, ſicut in Arithmetica, ſic in Geometria, & cæteris ſcientijs, quantũ cõponitur ex non quantis, que oportet eſſe principia cuiuſcũq; cõpoſiti, intantũ q hoмо non poſſet eſſe niſi cum corpore, cõponitur ex ſpiritu, qui inter cæteras partes hominis maximus eſt uirtute, & quæcunq; ſubſtantia ſenſibilis cõponitur ex ſpecie, & eius differentia, quæ ſunt indiuiſibiles quo ad molem. Feci autẽ ſæpius hanc euidentiã, capiat corpus, uel quodcunq; continuũ, & noto omes eius partes ex qbus cõponitur, Et quæro ulterius, utrũ ſunt indiuiſibiles & non quãtæ, uel diuiſibiles atq; magnæ, uel partim ſic, & partim ſic. Si primo modo, aut tertio conceditur, habetur propoſitũ, ſcilicet, q continuũ cõponitur ex nõ quãtis. Si ſecũdo modo, tunc illæ omes partes, & quælibet earum, eſt diuiſibilis in partes ulteriores, ergo numerus illarum aſſignatus in principio, non eſt numerus totalis omnium partium aſsignati. In iſta autem reſponſione, ſuppono cum Auguſtino & fide ſcripturę, q ſicut deus uidit cuncta quæ fecerat, ſic diſtĩctiſsime intelligit omnes partes cuiuſcunq; continui, ſic q non eſt dare ulteriores, uel alias ipſum continuum componentes, Et ſic uidetur ratio plane procedere. Quantum ad textum Ariſtotelis & ſuorũ ſequatium patet, q non facit fidem cum ſępe errauerat Democritus, Plato, Aug. Lin. qui ita ſenſerant, ſũt lõge clariores philoſophi, & in multis Metaphiſicis ſcientijs plus ſplendentes. Ideo quãdo aſſumis, q uiuax ratio, uel demonſtratio Metaphiſica contradicit, falſe petis, nec aſſoles, qñ tibi defitiũt argumenta. Sicut em̃ ternarius nõ eſt diuiſibilis in duas medietates æquales ſimpliciter, ſic ſenſibile continuũ ex partibus indiuiſibilibus inparibus integratum. Et hinc Metaphiſici qui cũ hoc ſunt ſenſibiles philoſophi, uocãt tales partes compoſiti, eius medietates communiter intellectas, quarũ una inſeniſibiliter uel indiuiſibilit̃ ꝓcędit aliam. Vnde maior pars argumẽtorum tuorum, non plus

procędit contra compositionē continui, ex non quantis, quam contra cōpositionem numeri ex unitatibus. Ideo dicunt sensibiles philosophi, q̄ talium cōtinuorū aliqua est pars aliquota quo ad deum, quæ nō est nobis aliquota, & alia sēsibiliter aliquota, & sic distinguūtur partes cōmensurabiles, & partes incōmensurabiles. Indiuisibilia autem non sunt partes aliquotę & cōmensurabiles, quo ad nos sensibilis continui, sunt autem partes aliquotæ, & cōmensurabiles, quo ad deū. Exēplum patet de angulo cōtingentię, qui quotiēs uoluerit in angulo rectilineo continet, ut patet in. iij. Elenchorū. secūdum Euclidē. Et tamē certū est, quomodocūq; loquantur de angulo, angulus continentię continet in quocūque angulo rectilineo solū finicies quo ad deū. Et quo ad cōpositionē orbis ultimi. ac curuationē in sua circūferentia, certū est q̄ iacet cōpositio, secundū q̄ per naturam indiuisibiliū mensurat. Modicū quidē est, q̄ unum per mēsurā indiuisibilē excędit reliquū, quo ad magnitudinē obliquantē curuedinē, uel alias huiusmōi passiones. Nec oportet multū solicitari tractando illam materiam quo ad omnē punctū mundi, materia nostræ ignorantiæ est expāsa. PSEVDIS. Video quomodo pręcipitanter ad probandū cōpositionē continui ex non quantatis assumis, q̄ sūt uniuersalia ex parte rei, ut species & differentiæ, quas leuiter nō poteris somniare. PHRONesis. Certum est, q̄ sunt uniuersalia ex parte rei, testificata tam ab Aristotele, q̄ꝫ Platone. Licet plato subtilius ascendit in uniuersalibus Idæarum, & species in Mose sonuerat in principio libri sui, uocās rerum creatarū principia species & genera, ut patet in principio Genesis, q̄ indubie species intellexit non esse terminos, uel cōceptus, sicut somniāt hæretici, exponētes fidē scripturę ad sensum, quē spriritus sanctus nō flagitat. Et cōcordat ratio naturalis, cum Sortes & Plato magis conueniūt, quam Sortes & asinus. Illud ergo, in quo conueni/

unt est cõmune, ut primo conueniũt in specie, & sic gradatim quousq; ad genus generalissimũ sit deuentum. Sicut enim cõmune est tam Sorti q̃ Platoni esse hominẽ, sic omi indiuiduo hominis, & per cõsequens esse hominem cõmunis essentia, uel quidditas hominis est cõmunis, & illa uocatur species specialissima, ut suppono, & argutias factas in oppositũ, non est dignum soluere. uel recitari. Et per hęc patet medium, ut docet Augusti. ad ascendendũ in noticiam trinitatis, & tollendũ argutias quæ in materia sunt communiter obiectæ. PSEVDIS. Adhuc claudicas in descriptione creationis, cum secũdum sensum tuum quodlibet indiuiduũ etiam indiuisibile quo ad molem componit ex genere & differentia, & per consequens non ex nihilo. Quia ut cõcorditer dicunt Philosophi, q̃d ex nihilo nihil fit. PHRONESIS Hic æquiuocas ad colorandũ tuas argutias, cum cõmunit accipit a Philosophis, q̃d oĩs res citra deũ sit a deo, sine pręiacẽte materia, quã deus necessario p̃supponit, & hoc siue in seip̃o, siue in suo materiali principio. Vñ Autor de caussis. illã materiã ꝓfunde cõsiderãs, notat q̃ prima oĩm rerum creatarũ est esse, & ante ipsum non est creatũ, aliud esse quidem analogũ ad decem genera, est primũ omniũ creatarũ, & ex illo procędũt species & genera ordinate. & primo genus substantiæ, secũdo genus quãtitatis, tertio genus q̃litatis cũ suis partibus subiectiuis, & sic in illo esse analogo, Deus creauit oĩa simul, & p̃ter hæc quo ad simultatẽ primi instantis temporis, ac tertio quo ad creatiõis similitudinẽ totius materialis essentiæ. Istis quidem tribus modis, qui uiuit in æternũ, creauit omnia simul. Vnde quacũq; creatura signata, illa fit a deo pro aliqua mẽsura, & non ex aliquo materiali principio p̃cedente. Et illud supponit esse descriptiue creari. Vñ creaturę habent triplex esse notabile. Primo esse intelligibile, uel Idæale æternũ in deo. Secundo esse exemplare in suis principijs, quomodo creaturæ

Esse analogum ad decem genera est primũ omniũ creaturarũ.

In quo deus creat oĩa simul.

Creare quid s. t.

Creaturę hab ẽ triplex esse notabile.

turæ productæ posterius creantur in principio mundi in suis principijs. Et tertio esse indiuiduum in suo complete existere, quod fit opere administrationis, & propter medium esse dicuntur omnia facta a deo creari, licet opere administrationis ex alijs producantur.

CAPVT QVARTVM
De materiæ primæ quidditate & eius pluralitate.

PSEVDIS. De materia prima uarie loquuntur Philosophi, ac si nec seipsos intelligerent, nec materiam de qua balbutiunt. Spetialiter cum Aristoteles dicat, quod ipsa non est cognoscibilis, nisi per analogiam ad formam, & forma non ẽ cognoscibilis nisi per subiectum, quod est ipsa materia. PHRO. De materia prima satis obscure loquũtur Philosophi, cũ Plato dicat ipsã esse fraudẽ fictã in crassis tenebris inuolutã. Aristo. tamẽ dicit septimo Metaphisicæ, quod nõ est qd nec quale, nec aliqd aliorũ entiũ. Augu. uero dicit, quod est prope nihil. Et Vrso asserit, quod ẽ mediũ inter ens & nõ ens. Et tales loqutiones philosophorũ cõcipere uidetur uires nostras excędere. Ego tamẽ cõcipio quod materia prĩa est materialis essẽtia, q̃ nõ est in partes qualitatiuas diuersarũ naturarũ diuisibilis, sed etiã qualiscũq; formę substãtialis, scd'm aliqd' eius suppositũ susceptiua. Et sic per trãsmutationẽ substãtiæ, est ista materia a uiatorib. cognoscẽda. Nec formaliter prędicatões quales, q̃ recipiunt corporaliter ex ipsa, & materiali forma cõposita. Non aũt intelligo formã substãtialem materię primę esse aliquid, quod potest per se existere, sed illam materialẽ essentiã formaliter esse talẽ. & sic tã materia prima quam sua forma, quam etiam ex illis cõpositũ, licet realiter distinguantur. Sunt tamẽ eadem materialis essentia, & omnia talia indicant trinitatem. Forma autem cum sit dispositio materialis essentiæ non accidenta-

Materia prima quid sit.

cidentalis, sed quidditatiua, correspondet quodammodo uerbo dei. Essentialis materia ex quo fit compositum, habet correspondentiam deo patri, & compositio illorum ad inuicē dicit connexionem spiritus increati. Illa aūt materia prima, cū nō sit per se formaliter aliquid uel aliqua, ut dicit Aristo. uocatur a Platone loquēte abscō dite, fraus ficta, crassis tenebris inuoluta, & sic est prope nihil existens in actu, & nihil existens formaliter, ut loquitur Augustinus. Imo est medium inter aliquid existens in actu, & nihil existens in actu formaliter intelligo, ut loquitur superius sanctus Vrso, Nec oportet nos solicitari, utrum componitur ex suis partibus intellectiuis, quod alias in nostra stultitia diffuse tractauimus, sed cōponitur ex suis partibus quantitatiuis usque ad sua indiuisibilia, ex quibus uarie componentib. resultat formaliter substantialis forma. Sed principaliter & per se completa substantia, ut nouerunt Philosophi, in illa materia subtilibus uerbis loquentes, sic ꝙ non potest esse plurior aut paucior, uel alia materia prima quam est modo Aristote. Tamē uidetur dicere, quod generatur per accidens, quia est subiectum generationis compositi. Ideo denominatur transmutatione successiua, qua compositum generatur aliud cum generatur. Sic particulariter quo ad subiectum, cum pro tempore suæ generationis non est. Alteratum uero pro tempore suæ alterationis est, & loquor de esse existere in indiuiduo, ideo ut arguit Aristoteles, generatio & alteratio distinguūtur, & eadem materialis essentia quæ est ignis, creata est in mundi principio, & illa essentia ut est susceptiua illius formę est materia prima. Et ut est in actu ignis est compositū ex materia & forma. Igneitas quæ est forma substantialis non est, nisi illam essentiam esse ignem, illa autem igneitas est forma substantialis, quia est prima substantia superaddita illi essentiæ, & præcędit illam caliditatem, quæ est illam essentiam esse calidam, & sic de alijs accidētibus,

Materia prima est medium inter aliquid existens et nihil existens in actu.

Non potest esse plurior nec paucior, uel alia prima materia quā modo est.

tib⁹, quæ oportet inesse cõposito. Et ita ĩtelligendũ est de aliis formis elementaribus, sic q͏̃ illa essentia, ut est susceptiua denoĩatiõis talis, quę est forma substãtialis, est materia prima, & sic cum sit prius susceptiua talis formæ q͏̃ ipsa est, ut substantia, utputa ignis aut aqua, & sic de aliis denoĩationibus sustantialibus, signanter dicitur q͏̃ p̃cedit substantiã. Cõcipere autẽ modos loquẽdi philosophorũ in illa materia foret Logica hodiernis extranea. Mixta aũt cõcipio sic cõponi, cũ sec᷑m Arist. mixtio sit miscibiliũ alteratorũ unio. Elemẽta eñ secundũ ptes indiuisibiles, uel saltem nobis per se ĩsensibiles ad inuicem miscentur, & formæ supadditę resultẽt, habita ꝓportione mixtionis sufficienti ad illam formam supadditam principiandũ. Et sic licet in elementis ad oẽm punctum sit formaliter elemẽtaris, & sic uere extendit in mixtis, cum ad omnẽ punctum sint formæ elementares, & forma supaddita. Forma tamẽ supaddita nõ habet in qualibet parte indiuisibili suæ materię appropriatæ, partem indiuisibilẽ suæ formæ, sed signato minimo naturali in tali mixto formę supaddito, ĩdiuisibilis quo ad molem multiplicat̃ per totum illud minimũ naturale, & sic de alio minimo naturali iuxta posito, ita q͏̃ apparet secundũ qualitates secũdas, totam formã substantialem mixti, & qualitates sequẽtes ꝓpriissime & maxime continue extendi, sicut apparet sonum chordæ trementis esse continuũ, cum tamẽ sit insensibilis intercisio satis spissim. Et sicut formæ supadditę sunt eleuatiores a conditione materiæ, sic sunt rarius sibi immersæ, & sic elementa sunt realite in mixtis, per formã substãtialem mixti supadditam cathenata, & secundũ diuersitates generũ ꝓportionũ, sunt diuersitates specierũ mixtarum, ut patet ascendẽdo a formis elementaribus, usq͏̃ ad aĩam intellectiuã. Per se eñ sunt infimæ formæ inter formas materialiũ, & anima intellectiua est supma int̃ formas sublunares, in cõfinio inter formas materiales,

Mixtio quid sit.

Elementa sunt realiter in mixtis per formam substantialẽ mixti superadditã cathenata.

Anima intellectiua ẽ suprema ĩter formas sublunares.

& intellectiuas abstractas. Simpliciter autē formæ materiales sortiunt nomina a specie subiectarū, ut igneitas est forma substantialis, qua ignis est in tali specie, & sic igneitas est indiuiduū speciei, asineitas est forma scd'm quam illud mixtū est asinus, & ita de formis substantialibus artificio caussatorū, ut panitas & uinitas, sicut formæ substantiales, secundū quas sunt panis & uinum, sicut species panis & uini sunt panitas & uinitas in cōi.

Forma substantialis.

CAPVT V.

De anima intellectiua & suis potentijs.

ALITHIA. Videtur consequens ad dicta tractandū esse de anima intellectiua, & suis potentijs, tam organicis, q̃ non organicis. Sed uidetur mihi frater Phronesis te manifeste innuere, q anima intellectiua sit actus corporis phisici, organici, habentis uitam in potentia, ut Aristot. describit animā in cōmuni. PSEVDIS. Hic non potest frater tuus cōtradicere, & cum oīs anima uegetatiua uel sensitiua sit educibilis de potentia materiæ, & sic corruptibilis ad corruptionē sui subiecti, manifeste uidet q anima intellectiua hoīs sit corruptibilis, sicut dicit hæresis Auerrois, & aliorū manifeste in fide errantiū. Vbi igit est hæc fides Euangelij Matth. x. Timete illum, qui pōt tam corpus, q̃ animā mittere in gehennam. PHRON, Fateor, ut soror mea asserit cōmuniter ad dicta de anima homīs esse loquendū, sed tenebo me in limitibus fidei, sequēdo philosophos de quanto cōsentiunt ei. Aristoti. autē & alij diffinientes animā in cōmuni de ipsa cōsyderāt, ut est actus, uel actuatio corpis naturalis, potētis subiectiue exercere opationes uitales, & hoc est corpus phisicū, habens uitam in potentia. Ex quo patet, cū spiritus, quo homo uiuit, sit incorruptibilis atq perpetuus, qđ accidit illi spiritui sic actuare corpus corruptibile

Anima

Matth. x.

Corp⁹ phisicū.

Accidit spiritui actuare corpus corruptibile.

bile. Ideo uidetur qđ dicti philosophi cõsyderãt de actu primo naturalis corporis, secundũ rationẽ qua ipsum est mixtum corpus sic uiuũ, ut uidemus de uegetatibus & sensibus corpis hic in terra. Et sic Aristot. non consyderauit, sed tacuit, ꝙ anima homĩs sit basis, supposito uel personæ humane, sic ꝙ quantũcunqꝫ uariatur materia, uel animatio eiusdem, manet continue eadem persona, ratione intellectiuę essentiæ, quæ est anima. Postmodum aũt post diem iudicij animabit corpus incorruptibile, sic ꝙ ascendendo deueniet usqꝫ ad indiuiduationẽ suppositi ex sua materia, ut caussa essentiali priori ad indiuiduationẽ personæ, ex sua forma quę est caussa essentialis prius naturaliter, uel originaliter, q̃ʒ est talis materia. Et quia actuatio qua suppositũ capit suam quidditatem, est medium ad hæc duo. Ideo Philosophi cœperãt hoc mediũ, quod est cõmune formis materialibus, & reliquerũt fidelibus consyderationẽ de aĩa intellectiua, secundũ ꝙ actuat corpus corruptibile hic in uia, sic qđ tota personalitas hominis seruatur in ipso spiritu, sicut tota suppositatio indiuidui substantię seruatᷣ in ipsa materia. Et ita posset dici, ꝙ anima humana etiam separata, est actus corpis naturalis instrumẽtati ad opationes uitales, cum naturaliter subducto peccato homo uiueret, quousqꝫ ad beatitudinẽ plenarie pueniret, sicut dicitur. ꝙ anima Christi sepata in limbo, fuit anima pro illo triduo, & tamẽ non tunc actualiter animauit corpus suum, sed fuit in dispositione ꝓpinqua, & habuit habitudinem naturalem. Et ita habent om̃es animæ sepatæ, quã habitudinẽ assumẽt om̃ino in finali iudicio, sed quomodocunqꝫ sit, adhuc mihi uidetᷣ, ꝛ qđ omnis homo habet in se duas maneries animarũ, unã spiritũ ĩmortalem, que est eadem fere pſona cum homine. Et aliam corruptibilem similem animæ bestiarũ, quæ anima non est res quę põt per se existere. Sed actualis ac substãtialis aĩatio, scđm quã corpus est aĩal in specie tali uel tali. Quærere

aĩa hoĩs est basis.

Tota personalitas hoĩs seruatur in ipso spũ.

Aĩa humana separata.

Oĩs hõmo habet in se duas maneries aĩarũ.

In corpore anuloso sunt multę animę, similiter et in bestijs.

autē uel scire, quot animæ sunt in corpore anuloso, nō cadit sub nostra scientia uel noticia, satis est cognoscere q̄ sunt multæ. Et sic uidetur esse de bestijs plus perfectis, cū habeant anīam aliā in capite, aliā in epate, & aliā in corde. Verūtamen animalia anulosa iuxta experientiam Augustini, cum organisant̄ ad modū anuli sufficiunt in opationes suas uitales, licet in frustra plura sint diuisa, & sic impfectiora uiuentia, ut arbores & herbæ, ut patet de salice habenti uirtutem fructificandi. & opa uegetabilia exercendi, licet in partes plures sint diuisa.

Multę formae substātiales sūt in quocūq; corpore

Hic tamen fratres clamant, q̄ illud sit hæreticū & impossibile, q̄ multæ animæ sint in homine, uel multæ formæ substantiales in quocūq; corpore, quia cum forma substantialis dat esse rei, res sic formata esset in dispari specie pro eodem instanti, qd' est impossibile. Sed pro illa materia idiotæ debēt cognoscere, q̄ consonū esse multas formas substantiales dispares specie in eodē cōposito, dum tamē una sit subordinata alteri, ut patet de mixtis. Vnde sciendū q̄ una forma generalior, & alia specialior, que sunt in eodem supposito, ad inuicem ordinantur, sic formæ dispariū specierū, ut manifeste patet de osse, de carne, de neruo, & cæteris ptibus ethromogenijs in homine. Non em̄ imaginandū est, q̄ pro instanti mortis subito uenit forma incinerabilis, & formæ aliæ corrūpunt̄, quia nec ꝑpter uariationē cōplexionis, nec ꝑpter alterationē cōmixtionis, talis motus subitus est fingendus. Et cū partes tales sint dispariū specierū, certum est q̄ oportet ipas habere formas substantiales disparis rationis, & sic in lapidibus & metallis. Hoc tamē uidetur ꝓbabile, q̄ non per idem subiectum adæquate, & secundū rationē cōsimilem extendunt̄ formæ substātiales dispariū specierum, quia tunc illud suppositū foret simul dispariū quidditatū. Vnde sicut in mixtis impfectis, ut exalationibus & nebulis partes quantitatiue habent situs ꝓprios, & sunt corpora simplicia, ut aqua

terra

terra, & aer. sic in mixtis perfectis, habent elementa lo ca magis subtilia, & forma superaddita requirit numerum & ꝓportionem elementorū talium, secundū q̄ natura illis corpibus limitauit. Vnde in homine cōtingit partes ad tantū subtrahi uel corrūpi, q̄ anima cōplexionalis deficiet, & spiritus deseret illud corp⁹. Vnde sicut in mixtis formæ elemētares non extendunt fere per totum, sed una pro situ suo, & alia pro situ suo, licet nobis insensibili, sic unum elementū non est aliud, sed habet pro situ suo disparem quidditatē. & mixtū secundū formam supadditam. Alia ratione extensa differt specie, loco extensiue a simplici cōponente, & hoc apparet sensibilius de animalibus, ut in homine caro, neruus, & os cū cæteris partibus ethromogenijs atq; humoribus, habent suam locationē sensibiliter disparem, secundū cōmixtionem ac cōplexionem, & ꝓportiones satis dispares. Et oēs tales dispositiones reqrit & cōseruat aīa sensitiua, q̄ habet uirtutē uegetiuā, & uirtutes alias, scd'm qd' natura est ingeminata formis huiusmodi limitare. Et talis anima sensitiua est quidditas corpis, uel dispositio eius substantialis, & non spiritus mortalis. Ille aūt spiritus est homo. ut dicetur posterius. Nec est discōueniens, sed consonū q̄ mēbra hominis ethromogenia habeant formas substantiales dispariū specierū.

Formæ elemētares non extendūtur per totū in mixtis.

Anima sensitiua est quidditas corporis/sed spiritus īmortalis est homo.

CAPVT VI.

De anathomia cerebri, & suis humoribus.

ALITHIA. Quamuis nimis diffusum foret, tractare naturas omniū partiū humani corporis, & anathomias membrorū in suis regionibus. Videtur tamen Phronesis, q̄ de anathomia cerebri & suis humoribus, gratia decem sensuū sit dicendū. Specialiter cū sensus illi iuuant intellectū, & ꝑparant ad sensum mysticum scripturaꝝ.

PHRONESIS. Oportet capere a naturalibus hanc doctrinam supponendo secundũ Philosophiam Aristotelis, qđ solus homo de numero animaliũ erectum habet caput ad cœlum; Cuius caussa est secundũ Theologos, ut homo eleuetur a terrestribus ad cœlestia aspirando. Secundũ Aristot. autẽ est caput hominis eleuatius propter depuratione spirituũ, cum quibus illa diuina substantia, quæ est anima hominis in opationibus sensibilibus clarius operet. Caput autẽ secundũ Aristot. ex relatione capitalitatis, & non ex forma substantiali contrahit formaliter illud nomen. Caput eñ secundũ eum dicitur caput capitati caput, & abscisum non dicit caput, nisi forte æquiuoce. Ad esse tamẽ capitis reqrunt multæ formæ substantiales, cum caput sit ethromogenium in natura. Sunt autem quinq; sensus extrinseci, scilicet, Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, Tactus. Et omniũ illorũ sensuũ organa in capite situant. Tactus autẽ propter necessitatẽ suam per magnã ptem corporis, in quodam neruo retili expandit. In organo aũt uisus residet uirtus uisiua tanq; speculator totius corporis, tanq; indicans a longinq, tam coueniẽs hoi, q; nociuũ. De anathomia uero oculi, quomõ cõponitur ex decẽ partib⁹, & quomodo situatur cum alijs difficultatibus, oportet hic supponere specialiter ex alijs diffinitionibus Auicẽn, & de organis aliorũ sensuum. Cerebrũ autem dicitur intra caueum capitis in pia matre, quæ est tela subtilis inuoluens cerebrum situaliter. Ipsum autẽ cerebrũ diuiditur in tres partes, scilicet in primam, mediam, & extremam. Cum autem sunt tres maneries spirituum, scilicet spiritus animalis in cerebro, & spiritus uitalis in corde, & spiritus naturalis in epate. De spiritu animali, in quo uiget uirtus sensitiua in cerebro, dicendũ est. In ancipite autem, quæ est anterior pars cerebri, diuisa in duas partes, uigent mineraliter sensus communis, & uirtus imaginatiua, sensus communis residet in parte

Quare solus homo habet erectũ caput ad cœlũ.

Quinq; sensus extrinseci.

Cerebrũ diuiditur in tres partes.

pia mater quid sit.

Tres maneries spirituum.

Sensus cõmunis ubi residet, et uirtus imaginatiua.

in parte priori, ad quem concurrunt speties omniū quin que sensuū particulariū, & homo scd'm illum sensum iu dicat de singulis eorū, & conuenientijs & differentijs eo rūdē, tamen non operatur nisi in præsentia sensuum, sensus particulares mouentium. Virtus imaginatiua in absentia interiorū sensuum operatur, Imo imaginatur de aliquib. quæ sub sensu particulari non possunt cadere. Et hęc est uirtus, quę in somnijs operat̃. In medio autem uentriculi cerebri fingūtur in uirtute aīali duo sensus intrīseci, scilicet uirtus ęstimatiua & uirtus phātastica. Scd'm autē uirtutem ęstimatiuā iudicat animal secūdum intentiones, quæ sub sensu particulari nō possunt cadere, ut de percussione & fuga, cū alijs conueniētijs & dissonātijs, scd'm illam quędā auis fugit ad minas hoīm iactus, & ouis cognoscit lupū esse inimicū suū. Et est subtilior sensus ꝙ imaginatiua, cū scd'm Phisicos habēs rectā imaginatiuā & sanā, directe proijcit uitrū de fenestra, & tamē æstimatiua deficit, fragilitatē uitri minus cōsyderans. Virtus aūt Phātastica situata in parte posteriori huius uentriculi, quasi in medio capitis, in loco parū altiori, est subtilissima uirtus, quę animā sensitiuam cō sequitur. Secundū enī illā uirtus phātastica de particularibus silogisat, ut spetialiter patet de Cane, & de Vulpe, ut narrant experimentatores, & de prudentia bestiarum. Quinta autem uirtus est memoratiua, quæ in parte anteriori tertij uentriculi cerebri situatur. In parte uero posteriori situatur uirtus secundum locum motiua, & per neruos & per nucham, per iuncturas spinæ dorsi ad reliquas partes corporis deriuatur. Est autem offitium uirtutis memoratiuæ tam speties quam intentiones sensibilium conseruare. Vnde locus ille occipitis dicitur parū depressior, quā locus medius, & inter duo hæc loca est meatus subtilis, & corpus ipsum operiens, uocatur ab auctore de differentia spiritus & animæ corpus

Virtus ęstimatiua et uirtus phātastica i medio capitis resident.

Virtus memoratiua et uirtus secundū locum motiua vbi in capite locantur.

Corpus neruile.
Memoria et reminiscentia in quo consistunt.

corpus neruile, secundum cuius dispositionem homines in memoria & reminiscentia uariantur. Memoria quidem consistit in retentione tanquam uirtus passiua. Reminiscentia uero consistit in discursu tanquā obliti, uel illius quod fugit a memoria, ad actum animæ reductiua, Quantum autem ad omnes illas uirtutes & uariationes in suis nominibus cum fundationibus, differentijs & conueniētijs earum, debet Theologus relinquere Philosophis spetialem tractatum. Ipsi enim conuincūt ab experientia, quō ex defectu organi læditur talis uirtus. Nec solicitor utrum talis uirtus, uel anima, uel uerius homo taliter operatur, quia certum est, quod nulla talis uirtus est res, quæ potest per se existere, aut rem materialem comprehendere, sed est dispositio consistens mineraliter in istis organis, secundum quam animal est taliter cognitiuum. Ideo errores multos in quibus deficit rationis iuditium, consequentes imaginationes pueriles debet fidelis excutere, & quantum expedit ad intellectum scripturæ ac salutem animæ, de istis noticiam moderate accipere, & de obiectis istorum quinque sensuum interiorum tractatum spetialem relinquere perspectiuis. De obiectis autem sensuum particularium relinquere tractatum diffusum philosophiæ naturali, ut uisus maxime de longinquo percipit suum obiectum, ut de luce patet, uel de colore, quos in astris satis percipit. Post uisum autem est Auditus parū depressior, qui non tā a longīquo percipit suū sensibile, qđ est sonus cū a nube sonus tonitrui ad maximū est percœptus. Nō .n. facile est nobis credere, sicut dixerūt errores antiquorū Philosophantium, ꝙ per uirtutem auditiuam harmonia cō fricationis cœlestium corporum est percœpta, licet ex consuetudine inueterata sit a uulgarib. indistīcta. Tertio post uirtutem auditiuam uirtus olfactiua, cuius organum parum est depressius, percipit odorem, sed non tantum distantior, licet situalis euaporatio quandoque distanti-

Visus.

Auditus.

Olfactus.

tius fit delata, Post hanc tertiam uirtutum, quarta uir/tus est gustatiua, situať in lingua parũ depressius. Et est secundũ Aristoť, quidã tactus. Tactus uero pcipiens solum sensibile ĩmediatũ, habet multiplex sensibile, scilicet obiecta satis multiplicia sicut gustus, quorũ differẽtias & quidditates cũ sensibilibus & suis organis, relinquo Philosophis particulariter pertractandũ. Gustus. Tactus

CAPVT VII.
De Sensationibus.

PSEVDIS. Istam materiam tractas Phisicę, nec fundas, imo difficultates, utrũ sensatiões fiunt per extramissiones uirtutũ ab organis, cum aliis difficultatibus prętermittis, sicut prius prætermisisti, utrum illud brutũ quod homo gerit, tanq̃ altera eius pars quidditatiua sit beatificandũ, & cum homine cõformiter figuratũ. PHRONESIS. Fateor q̃ multas difficultates gratis pertransij, tum quia locus non exigit tractatũ ita diffusum, cum tũc quilibet punctus quẽ tangimus, tractatũ nostrũ finaliter terminaret. Tum etiã quia in ista materia & cunctis alijs, sum ignorans amplius q̃ cognoscens. Quantũ ad difficultatem tamẽ quã tangis, teneo cum Augu. Lincoñ. & cæteris, q̃ sit sensatio mixtim per extramissionem uisiuæ uirtutis ĩterioris ab organo, & per intus resusceptionẽ speciei in organo sentiẽdi sensibilis. Secundũ uero istorum est patulum, tamẽ sicut organũ uirtutis uisiuæ recipit lumẽ, uel speciem coloris ab obiecto sensibili, sic organa aliorũ sensuum species ab obiectis requirũt. Et in primo est error notabilis, cum quidã grosse concipiũt, q̃ a sensu exit uirtus cum corpore de organo sentiẽdi, ut & sic infra breue ex lapsu talis corpis consumereť organum sentiendi. Non autẽ sic cõcipio, sed q̃ aptitudo siue habilitas sentiendi in finibus talium situum limita

tur, & ad tantum ac taliter se extēdit ac taliter huiusmodi aptitudo, ut perspectiui uere intelligunt, ꝙ sit uisionis iuditium, ubi radius uisualis concurrerit cum catatheco, ut uidendo aquam suppositam, uel quodcunque aliud speculum, apparet communiter rem uisam inibi situari, ubi linea recta exiens a re uisa per speculū. Et linea perpendicularis in extremo eius concurreret, sicut inuīcibilis experientia satis docet, non ꝙ corpus exit ab ipso uisibili, penetrans ipsum speculū etiam sphærā terræ lacerans, sed ꝙ in illis sitibus sint habitudines, secundū quas fit iuditiū de situatione uisibilis, ubi lineæ imaginariæ sic concurrūt, sic & sic in parte sentiendū est, de spetie rei uisæ, non quod illa speties sit aliqua res absoluta, quæ per se etiam poterit esse, sed est dependens ab obiecto uisibilis, sicut si fuerit lumen uel umbra, quas iudicamus corporaliter nos sentire, sed sunt habitudines ꝗ ad situs, in quibus luminosum uel aliud uisibile adest ꝑceptū. Vnde falsissimum est & a senioribus erronee introductū, ꝙ globus luminis uel speciei uisibilis, sit una res absoluta, quæ poterit per se esse. Est inquam habitudo uel aptitudo uisibilis ad taliter inibi īmutandum, & sunt tā de positiua natura luminosi ꝗ̄ de natura coloris, dū lumine radiant̄ cōpositiones pulcherrime, sicut de natura ꝓijciēdi umbras, quæ docēt nos mystice quō debemꝰ spūaliter ītelligere, et credere de spiritualib. prioribus in natura. Sed quo ad secundam difficultatem, quā tangis de bruto hominis, non debes credere quod proxima materia hominis, hoc foret brutum, aut quod ex illa parte materiali qualitatiua, & ex spiritu creato uel intelligentia, tanquam pa te altera formali qualitatiua, tanquam omnino distinctis componitur unus homo. Sed quod utrumque uel utraque natura, sit idem homo in numero, uel persona spiritus per se, & natura corporea participatione, sicut concipimus quod Christus assumpsit humanam naturam, licet ibi sit diuersitas satis

Est genus lineæ.

Speties rei uisae.

ampla

ampla. Nec uideo quin Apoſtolus intelligit appropriate per naturam illam corpoream animalem hominem, & per illum ſpiritum ſpiritualem hominem uel interiorem, qui poſſunt intelligi ut naturæ diſpares, uel ut eadem perſonalitas diſparium naturarum. Sicut enim in materia de Trinitate, tres res ſunt, una ſubſtantia, non perſona, ſic in materia de incarnatione & compoſitione hominis, multæ naturæ ſatis diſpares ſunt eadem perſona, & ſic quicquid intelligit uel cognoſcit animal, intelligit homo interior & cognoſcit & econtra.

Secundo ſpiritualis homo uel ille creatus ſpiritus, quamuis ſit extenſum mole magnum, & ſic de cæteris prædicationibus, quæ corpori formaliter inexiſtunt, non tamen extenditur, quia eſt mole magnus, uel taliter formaliter informatus. Et iſte uidetur eſſe ſenſus ſymboli, quod ſicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita deus & homo unus eſt Chriſtus. Nec uideo quin uere intelligentes, quod anima intellectiua ſit pars perſona hominis, ualde æquiuocant intælligentes per animam intellectiuam, abſtractiue animationem corporis, quæ fit ex participatione creati ſpiritus. Sic autem concædit Ariſtoteles, quod appetitus animalis hominis eſt participatiue rationalis, & per idem illa anima eſt participatiue rationalis, & per conſequens pars qualitatiua hominis non eſt animal irrationale, ſed realiter, licet uarie idem homo. Non enim concipimus quod ſit aliquod uinculum colligans illum immortalem ſpiritum, & illam naturam corpoream, faciens unum ex illis ambobus, tanquam partibus quarum compoſitum excędit ambas imperfectione naturali, ſicut non concipimus quod deus & homo qualificatiue conſtituunt illum hominem Chriſtum tanquam partes, cum tunc deitas foret pars imperfectior, quam ille homo cõpoſitus. Nec foret ſimilitudo illa in ſymbolo ad ꝓpoſitum fidelium, ſed in hęreſes plurĩas introductiua niſi ille ſpiritus ĩmor

talis foret per se, & complete idem homo. Et si obijcit, qd' per se homo est animal, & animal per se est corpus, & sic homo est per se corpus, patet ex dictis alibi, scilicet prio cap, de cõpositione hoīs, ꝙ hõ est terminus satis æquiuocus. Quandoq; em̃ homo dicit creaturã rationalem simpliciter absolute, & quãdoq; dicit creaturã talem rationalẽ, quo ad aptitudinẽ corpoream de possibili. Et quandoq; quo ad aptitudinẽ talem corpoream actualiter existentẽ. & sic primo modo homo secundũ Augu. non diffinit per hoc ꝙ est aīal rationale & mortale, tũc foret idem, posito ꝙ fuerit factus īmortalis, & est idem homo, cum spiritus fuerit a corpe sepatus. Nõ em̃ debemus cõcędere, ꝙ defluente carne ab hoīe tempore senectutis, deficit uel diminuit ꝓpter hoc pfectio hominis, sed potius attendendo ad naturã spiritus magis perficitur. Et quantũ ad argumentũ sophisticũ, ꝙ in tali defluxu perditur substantia, & non loco illius acquiritur aliud æque bonũ. ergo ille homo sic diminutus in perficitur per defluxũ. Non ꝓcędit ratio hæc sicut in bestijs, quæ sunt ratiõe pinguedinis meliores, quia ex parte defluenti, & parte alia quæ est īmortalis, spiritus non fit unum quãtitatiue, aut qualitatiue, cũ natura illa corporea sit accidẽtalis atq; extranea illi spiritui, & sic illi tali homini, cum perdita materia illa ad non quantũ, & inducta uel accepta particulariter, uel subito noua materia, foret cõtinue idem homo. sicut Apostolus translatus ad cœlum, siue in corpe, siue extra corpus fuit indubie idẽ homo. Vnde posito de dei potentia, ꝙ abhinc usq; figantur naturæ corporeæ, quæ ad organisationẽ intellectus humani succe[illegible]iue disponantur, & ꝙ idem īmortalis spiritus successiue, cum talibus corpibus hypostatice copuletur, patet idem homo successiue mouebitur ab uno loco ad alium, & nõ corpaliter, cum om̃ia corpa illa distabunt fixa, ergo spiritualiter. Et sic relinquitur, ꝙ iste homo sit spiritus, & per idem quilibet alius ho

Homo est terminus satis æquiuocus.

ũs homo, non ergo ꝓpter depositionẽ carnis uel corporis homo imꝑficitur, sed potius alleuiaт̃ & ꝑficitur ille homo, ut loquitur fides scripturæ.

CAPVT VIII.

Si ĩmortalitas spiritus ratione deduci possit.

ALITHIA. Sententia ista est alta nobis & insolita fidelibus, cum uidetur sapere subtilẽ sententiã & credendã. Sed rogo te frater, si ĩmortalitas spiritus, quam sępe assumis, deduci poterit ratione. PHRON. In ista materia neuter nostrũ ambigit, quin ex fide sit spiritus hominis ĩmortalis, & per consequẽs cum ille spiritus sit eadem persona homĩs, sequit̃ ꝙ illa persona manebit ꝑpetuo ĩmortalis. Et hæc ratio quare Apostoli ita animose & intrepide mortem susceperãt, imo scientes, ꝙ incarceratio ac oneratio carnis fuit illis ad tædiũ atq; onus, gaudent in caussa iusticiæ susceperant mortem suam. Ponũt aũt Philosophi rationes multiplices, per quas probant istã sententiã. Primo ex testimonio Aristot. & cõmuni experientia, aliqua autẽ oꝑatio animæ hominis est ĩmortalis, sed nulla oꝑatio, uel actio rei est ꝑmanentior, quã suum subiectũ, ergo illud subiectũ, quod est anima, uel spũs, oꝑtet ponere ĩmortale. assumptũ suadet Arist. de intellectione hominis, quæ ꝓpter debilitationẽ corꝑis sui non deficit, sed potius uigoratur. Intellectiuitas eñ speculatiua in senioribus est clarior, quando quæcunq; instrumenta corporea deficiũt. Oportet ergo aliqđ esse fundamentũ illi intellectioni, ꝙ tale organũ non requirit, & ita supra oẽs uirtutes bestiales supdictas, oportet ponere in homine intellectũ. Nam quo ad illas uirtutes bestia excedit hominẽ, ut dicit Metricus ab experto edoctus. Nos aper auditu præcællit, aranea tactu, Vultur odoratu, linx uisu, simea gustu. Et sic est in quinq;

Rationes qđ anima sit ĩmortalis.

uirtutibus interioribus organicis supradictis. Cum em̃ homo nõ excędit bestias in uirtute corp̃ali, nec sensu aliquo animali, reliquitẽ qđ excędit in operatione intellectus. Sed qualis foret excessus, si in articulo fœlicitatis suæ maxime necessitaretẽ per mortem fœlicitatẽ illã deperdere. Deus em̃ tũc magis cõfunderet suos filios chariores. Habet ergo homo intęllectũ, quẽ abstrahit á corpore cum ip̃o p̃petue permanentẽ. Item hõ sentit in seipso, qđ habet naturale desyderiũ semp̃ esse, & ad hoc sapientiores magis disponunt. Cum ergo natura non potest frustrari in tanto p̃posito, uidetur q̃ aliquis intęllectus hominis potest naturaliter semper esse, & sic est ĩmortalis. Et idem est iudiciũ de quocunq;, cum posita ĩmortalitate indiuidui unius naturæ, optẽt cuilibet naturæ consimilis p̃prietatẽ illam inesse, quia aliter non inesset naturaliter, sed casualiter, uel p̃pter caussam aliam aduẽticiam non fingendã, quia si spiritus ille foret corruptibilis a suo contrario, uel quacũq; alia caussa infinito tempore necessario inesset corruptio cuicũq;, q̃a aliter inesset corruptibilitas sine caussa. Res em̃ quæ terminantẽ periodis, non æternaliter perseuerant, quia sic haberent infinitam potentiã, ultra hoc q̃ haberent res speciei cõsimilis, quæ per tempus modicũ possunt stare. Sicut ergo homo habet appetitũ standi cum deo, ut ultimo fine suo naturalissimo, sic non est fingenda caussa, quæ illum posset a tali p̃posito sine suo demerito separare, specialiter cum corporis corruptio non tollit illum spiritũ, sed magis lætificat. Item ut docent philosophi, & ratio naturalis, præeligendũ est in casu mori p̃pter bonum publicum, & ad turpia uel culpabilia euitandũ, Sed hoc non potest excusari ratione, nisi sic moriẽs possit uiuere post hanc uitam, ergo conclusio. Assumptũ patet ex hoc, qđ homo de cõmunitate omino iusta, potest iuste mori pro illa saluanda, cum illi cõmunitati, & homini morienti,

foret in casu medium utilius. Cum ergo omnis homo debet appetere magis bonum, quod communiter est bonum publicum. Videtur em̃ q̃d homo in casu, ita debet eligere mori, bonum autem cõmunitati possibile, est de lege naturæ potius eligendũ. Nec dubium, quin in multis casibus foret communitati utilius certam personam mori, quã ipam uiuere ulterius etiã uirtuose. Et eadem est ratio etiam de homine in adoptione posito, uel peccatum committere, uel secundũ uirtutem temporanee iuste mori. Supposito ergo, ut fide per se nota homini, q̃d esset sibi uirtuosum & utilius ita mori, quæratur quando ista utilitas sibi ex morte illa contingeret, uel ante mortem suam, uel post? Non ante mortem suam, cum mors nõ antequã fuerit, infert bonum. Si post mortem suam, tunc post mortem suam spiritui suo inferret illud bonum, & per idem manebit ille spiritus, cum a corpore non dependet, & tales sunt multæ rationes demõstrationi propinquæ, utque sapientiores & scientiores homines taliter moriuntur. Non ergo illi in caussa tam necessaria superflue moriuntur, quia tunc essent miserabiliores & stultiores cunctis hominibus, sicut multi homines utque ad finem uitæ suæ in uirtutibus perseuerant. Alia ergo foret merces illis a deo magnifico in fine tribuenda, non in uita ista, cum deus disposuit, q̃d in uirtutibus moriantur, ergo superest, q̃d in uita futura, & per consequens spiritus post mortem corporis hominis perdurabit. Similiter em̃ deus iuste distribuit præmia uirtuosis, sine personarũ acceptione, notatis duobus, quorum unus uirtuose uiuat, & alius uoluptuose per totã suam periodũ, oportet q̃ pro ali[illegible]ua mensura tempis sit iuste illis de suo precio dispertitũ, non in hac uita, ut patet ex casu, ergo superest q̃d post mortẽ. Et quia fides scripturæ est plena testimonio huius fidei, ideo illa est per

necessaria homini amplectenda. Sicut enim necessariũ est fideli credere, quod deus est, & quod est remunerator bonorum, sic necessarium est illi credere, quod spiritus perpetuo manebit post hanc uitam. Nec sunt argutiæ hæreticorũ dignę memoria arguũt. n. q̃ si aliqua forma sit corruptibilis, & educta de potẽtia materiæ, multo magis materia dispositior & dignior, habebit formã de sua potẽtia sic eductã. Materia ergo hoĩs habebit formã substãtialẽ, & per cõsequẽs corruptibilẽ sic eductã, concędenda est conclusio, quia anima quæ est aĩatio perpetui spiritus, sic educitur & corrumpitur in potentia materiæ eiusdem subiectantis. Nec uideo subducta hac fide, ad quem fidem quis meritorie laboraret. Sed tanquam insipiens frueretur bonis sensibilibus dum hic uiuit. Sicut enim natura ordinate procędit ascendendo in formis, sic est dare terminum illius ascensus, qui terminus est anima intellectiua. Ideo dicunt abstracti Philosophi quod ipsa creatur in confinio orizontis ęternitatis. Creatur enim cum sit infima intelligentia quam deus ꝓducit, nec uideo ad quid oportet, quod in mundi principio in suo indiuiduo producatur, sed sicut paulatiue ꝓducuntur materiæ, sic ratio exigit ut illę intelligentiæ tunc temporis sint creatæ, & ita etiam creaturæ peccabiles deum necessitant ad creãdum. Sed ista tota necessitatio originaliter est a deo. Et ista creatio infima requirit dispositionem materiæ, non obstante, quod sit libera, nec est uis pro quo instanti, uel qua ætate pueri ille spiritus homini copuletur. Dicitur enim cõmuniter, q̃ animal primo uiuit ut embrio, secundum animam uegetatiuam, secundo uiuit uita sensibili secundum animam sensitiuam, & tertio uiuit uita rationali, secundum q̊d sibi coniungitur intellectus. Et quãuis in istis processibus diuersæ substantiæ producuntur, & quibusdam placet quod substantia perfectior corrumpitur in aduentu substantiæ plus perfectæ. Tamen multa dicta in ista ma-

Anima caussatur in confinio orizontis ęternitatis.

teria sunt uoluntarie somniata.

CAPVT IX.
De potentijs intellectus hominis

PSEVDIS. In oĩbus istis dictis uidet̃ mihi, ꝙ ni mis exilit̃ ꝓcędis, ac si dormiẽs uel a peritis abscõditus loqueret̃. Cum Sophistæ tollerent oẽs istas instantias. Sed dic nobis ulterius de potentijs ꝓprijs intellectus hoĩs, quẽ asseris ĩmortalem. Videtur eñ & philosophis, qđ quattuor uirtutes sufficiũt, scilicet intellectus possibilis, intellectus agens, potentia cõcupiscibilis, & potẽtia irascibilis. PHRONESIS. Scio qđ a ueritate prima, quæ deus est, cum angelis suis sum uisus, & ideo teneo me quantũ sufficio in mensura, numero, & pondere & omino in limitibꝰ ueritatis. Scio quidem ꝙ in quacunqꝫ istarũ materiarũ, ultra ꝙ̃ expedit, poterimus euagari. Nec solicitor mõ circa respõsiones ac cõtentiones sophisticas, cum scio qđ illæ uitiose procędunt & ĩfructuose, oblique, aut a fine ultimo. Ideo ut docet Paulus, qđ contendendo cum illis, nos talem cõsuetudinem non habemus. concędo ergo ꝙ homo noster interior habet multas potentias quia omnes per quas potest non organice operari. Est etiam persona habens omnes illas potentias corporeas, uel cognitiuas organicas, secundum quas homo exterior operatur. De corporali uero potentia est nobis impertinens modo loqui, cõcęditur ergo tales quattuor esse potentias, sicut tu recitas. Sed oportet cauere hanc hæresim, qđ credatur illas potentias esse res absolutas, quæ possunt per se existere cum nõ sint, nisi illum spiritũ sic posse agere. & ita licet sint accidẽtia insepabilia, uerũtamen nec possunt esse, nec intelligi sine spiritu subiecto, qui quidẽ spiritus est realiter ipe homo, dicente ueritate Luce. ix. suis apostolis. Nescitis cuius spiritus estis. Sunt autẽ circa quidditatẽ ac limites intellectus agentis, & intellectus possi

Quattuor potẽtię intellectꝰ hominis.

ij. Timo. ij.

De potẽtijs aĩe

Lu. ix.

bilis quæstiões inutiles, ut q̄ Aristot. uel alius Philoso-phus uocat intellectū possibilem ueritatē phantasticā, uel alio noīe, sicut hoīes cōtendēdo sępe ęquiuocāt. Sed q̄d nobis? satis q̄dem est nobis, q̄ sit unus talis immortalis spūs, habens uirtutē siue potentiā cuncta intelligere, quā potentiā uocat Aristot. oīa facere, uel intellectū agentē. Habet etiam uirtutē siue potentiā, species. intētiones, uel apphensiones cunctorū recipe. tam ab actu ꝓprio, q̄ a supiori influentia. Et illa uocat̄ intellectus possibilis, uel oīa pati. Et prima dicit̄ potentia actiua, secunda passiua. De numero uero specierū uel intentionū est apud quosdā cōtentio, ut speciem uidet̄ Auicēna formam uocare rei sensibilis, in potētia sensitiua, intentionem uero formā rei insensibilis in eadē potentia, ut formam amicitiæ uel inimicitiæ, aut talis habitudīs respectiue. Quādoq̄ aūt species uocat̄ similitudo habitudinalis, quā intellectus habet, siue uniuersalis, siue particularis. Et intentio uocat̄ nunc species, nunc actus intelligendi satis æquiuoce, cum oēs actus animæ sunt de genere actionis. Et ita res intellectæ habere dicunt̄ esse spirituale in anīa, & sic intellectus possibilis cōparatur materiæ primæ. Intellectus autē agens dicit̄ prima forma. de q̄ q̄dem adtantū æquiuocant, q̄ uocant solū deū intellectū agentē, quia certū est q̄d deus cum sit intellectus, est agens oīa, & mouēs spiritualiter interiorē hoīem, ac ipm edocens quicq̄d cognouerit, & sic frustra palliāt uerbum Auerrois, q̄ eadē est anima omniū hominū, q̄a certū uidet̄ ipm fuisse philosophice opinatū, q̄ quilibet homo habet suā animā corruptibilē, ut habēt bestiæ, & sup hæc est una infima intelligentiarū toti sphęræ corruptibiliū copulata, & illa cōiungitur specialiter hoī plus cognitiue q̄ bestiæ, non tamē copulat̄ sibi ut pars, sed ut intelligentia illuminans ac mouens singulariter, quādo uirtus hoīs a sensibus abstracta est. A fide autē istud deuiat, cū oīs hō sit secundū intellectū illū agentē ꝑpetuo præmien

Intellect⁹ possibilis.

Species.

Intentio.

Intellect⁹ agēs

p̄miendus, uel ꝑpetuo puniēdus. Et sub istis duobus nomībus intellect⁹ agens, & intellect⁹ possibilis, pōt uirtus tota, siue potētia nostri īterioris hoīs cōprehendi, & sic pōt eiusdē spūs potentia multiplicius noīari. Sunt autē apud illos diffiniētes in ista materia, utrū intellect⁹ agēs sit mobilis, aut nostra potētia uolitiua, & utrum illa prior sit intellectu homīs, uel econtra, quia certū est intellectus agens noster, imo substantia illius spūs mobilis, est a deo & a ueritate, quā concipit, ac necessitabilis ab obiecto, & sic uolitiua potentia. quæ dicit̄ appetitus intellectiuus, pōt necessitari ab obiecto, ꝙ potētia intellectiua cōsyderat, & tamē cum hoc libere cognoscit & appetit deū suū, cum liberalitas & necessitas nō sunt cōtraria. eo ꝙ beati liberrime cognoscūt deū, & uolunt suā beatitudinē, & tamē necessarie, quia ꝓpter influētiæ uehementiam nō poterūt resilire. Quādo aūt appetitus intellectiuus hoīs, infigit̄ super re temꝑali, uel aliquo non in deo, tunc illiberrime & innaturalissime appetit finem huiusmodi, quia cōtra ordinē primæ naturæ appetit in creatura aliqua finaliter quietari, ꝙ quia nō est possibile languet continue tanꝗ uacuus a spū qui repleret eū. Et hæc est ratio quare hoīes auari in appetitu tēporaliū nō quiescunt. Et ista potētia irascibilis est uirtus sibi potent̄ cōueniēs ꝓsequendi, & a se dissonū expellendi. Qñ aūt homo abutit̄ ista potētia īnaturalit̄ ad fines cōtrarios, tūc peccat grauiter, & sic uirtus concupiscibilis limitat̄ ad bonū qđ appetit, & hō potest ea abuti, ut irascibili, et illę uirtutes ac actus sui concurrūt cōmuniter, Qñ uero deordinat̄ hæc uirtus cōcupiscibilis, tunc uel ad concupiscentiam oculorū, uel ad cōcupiscentiā carnis, uel ad uitæ suꝑbiam terminat̄. Regula autē nostræ religionis est qđ nihil nisi deum, & media que ut disponūt ad ipm penitus appetamus. Et ad tantū potest homo habitudinaliter indisponi, quod heæ duæ potentiæ innaturaliter in obiecta miseria irreuocabiliter perpetuo terminentur.

Liberalitas et necessitas nō sūt contraria.

Potentia irascibilis.

Concupiscibilis

1. Iohan. ij.

Regula Christiane religionis.

Et iste est summus gradus miseriæ, qui intellectũ humanum potest attingere. De ordine autẽ potentiarũ huius spiritus, nõ oportet nos esse solicitos, quia nihil ualet aliqua eius potentia, nisi de quãto ordinat̃ ad deum. Vnde intellectiua potentia, habet in aliq̃ ratione excellentiæ, sup potentiã uolitiuam, cum ipam præcedat & moueat tanq̃ ductrix. Nihil em̃ uolumus, nisi qđ intelligimus, saltem secundũ apparentiã esse bonũ, secundũ aliquam aũt rationẽ dominat̃ supra intellectũ potentia uolitiua, cum ipa præexigit uolitiuæ potentiæ ministeriũ, & sibi imperat ut taliter opetur. Sed om̃es illæ loquutiones figuratiuæ sunt, cum tales ꝓprietates solũ proprie insint substantiæ.

CAPVT X. De Angelis.

ALITHIA. Quia secundũ mensurã debitam procedis mi frater Phronesis de uniuersitate creata, conueniens foret parum de Angelis pertractare, cum illos adoramus, & credimus, q̃ sit factura dei dignissima inter singulas creaturas. PHRONE. De noticia Angelorũ parũ cõcipimus, cum tam demõstratio, q̃ sensus deficit, quo ad eorũ noticiam. Rationale autẽ est, ut deus qui in creaturis suis ordinatissime procedit, habeat naturã angelicã, a corpe & ania separatã, ut sicut quædã est forma omino materiæ alligata Quædã autẽ forma licet sit materiæ ad tẽpus cõiuncta, est tamẽ a materia separabilis, ut anima humana. Quædã aũt corpori cõiuncta, ut ĩstrumẽto sepabilis in natura, & al[illegible] dum sibi placuerit a corpore sepata, & tales spiritus dicimus ang[illegible]los, siue bonos siue malos. Tres autẽ hierarchias ponunt Theologi esse in illis spiritualibus, ita q̃ quælibet hierarchia cõtineat tres ordines angelorũ, & sup illis hierarcham summum, scilicet ipsum deum. Sunt autẽ nouem ordines angelorũ ita

Triplex forma.

Tres Hierarchiæ angelorũ.

Nouẽ ordines angelorum.

nominati. Angeli, Archangeli, Throni, Dominatiões, Principatus, Potestates, Cherubim, & Seraphim, quorum excellentias in uirtute, & descriptiones nominarũ posuit Grego. in Omilia. Accesserũt ad Iesum publicani, & alij cum Dionisio illam materiã pertractantes. Experientia autẽ uidetur cõuincere potentiã istam de illis spiritualibus, & testimoniũ Danielis Apocalypsis apponitur, & alij libri prophetici idem dicunt. Quot autẽ spirit⁹ sunt in uno ordine, si decies millies cẽtena milia plures, aut pauciores, est nobis incognitũ. sicut ignoramus. utrum intelligentiæ uel spiritus mouent cœlum. Isti autẽ spiritus dicunt̃ cõmuniter habere triplex officium, scilicet perficere, illuminare inferiores angelos, & purgare. De omnibus autẽ istis spiritualibus, tantũ tres sunt nominibus specialiter noĩati, scilicet, Michael, Gabriel, & Raphael. Michael dicitur ex pugna contra diabolum, a micha qđ est pugna, & el deus, Gabriel dicit̃ ex fortitudine dei contra aereas potestates. Raphael ex medicina dei, ut notãt historiæ. Possunt autẽ angeli moueri celeriter, tam cum corpore assumpto, q̃ sine corpe. Et ut cõmuniter dicitur, quilibet uiator habet duos spiritus, scilicet bonum ad iuuandũ, & malum ad exercitãdum. Corpora autẽ assumpta dicunt̃ aerea, siue cœlestia ad figuram, ad quantitatẽ, & ad densitatem, ac raritatẽ celeriter coaptata. Possunt autẽ hi spiritus mouere se etiam sine corpore localiter, uelocius aut tardius, secundũ qđ deus dat illis potentiã sic mouendi. Sicut ẽm globus luminis est per totum situm corporeũ uarie quantificatus & figuratus, sic sentiendũ est de istis spiritualibus, præter hoc q̃ sunt spiritualit̃ pɩ[illegible]iti, ac multiplicati per talem situm corporeũ. Sed difficultat̃ cõmuniter, cum illi spiritus possũt moueri tam subito, q̃ successiue, quomodo motus subitus potest illis cõpetere. Si ẽm mouentur subito per tantam distantiã, tunc est dare, q̃ sunt subito per signandã distantiã. Quomodo ergo mouentur

Triplex angelorum officium

Ex oĩbus angelis tres sunt nominati.

Quilibet viator habet duos spiritus.

Quõ motus subitus põt. spiritibus cõpetere.

localiter per illam distantiã pro instanti quo completæ sunt per illã distantiã? Nam mobile pro instanti sui mutati esse, est in termino sui motus, & desinit moueri quo ad illum motũ per remotionẽ de præsenti. Sed hic respõdet theologus, ꝙ alia est cõsideratio motus subiti, & alia successiui, cum motu subito simul instanter sunt mutati & mutatũ esse, cum eadẽ res subito generat̃, & est generata. Rationes autẽ istorũ terminorũ distinguunt̃ ab inuicem, cum generari sit subitũ instantaneũ, sed esse generatũ sit continuũ & durans per tẽpus. Alij autẽ dicũt ꝙ generari uel moueri subito per unum instans, ꝑcędit esse generatũ uel mutatũ, sed in isto non cõtendo, cũ eadem uideat̃ esse ratio de ĩstanti ꝑcędenti proximo, & instanti posterius assignato. Est ergo ratio, quare angelus pro dato instanti subito mutatur localiter, & non ultra, quia cum motus cõponitur ex multis affirmationibus, & negationibus, est dare multas affirmationes & negationes pro hoc instanti positas, & nõ ultra. Ideo cum motus, non solum respicit affirmationes pro hoc instanti præsenti, sed cũ hoc negationes de præterito & futuro, non est color, si angelus pro instanti posito moueatur, ꝙ per idem semper in posterum mouebitur, quandocunq; posterius erit motus, sicut patet de generatione subita creaturæ. Sed secundo difficultatur acutius, quomodo angelus potest moueri localiter successiue, quia dato, ꝙ moueatur successiue per A tempus, acquirendo spaciũ anterius, & deperdendo spacium posterius erit motus, cum multiplicetur per spacium diuisibile, est dare tempus, per quod sic mouebitur spacium, posterius deperdendo, & spacium anter[illegible]us acquirendo. Et cum hoc per idem tempus in spacio mędio quiescendo, sed ille uidentur denominationes contrarię esse satis. Hic tamen supponendum est, quod angeli cum mouentur secundũ rationes dispares, a motu corporeo scd'm ꝑtem anteriorẽ

ascendant

Alia est consideratio motus subiti, et alia successiui.

Generari. Generatũ esse.

aſcendant continue, & cum hoc ſecundũ partem poſteri
orem loci deſcendant continue, & per idem tempus in
parte loci media ſint quieti, ut dicit̃ communiter de ani/
ma hominis moti in ſuis extremitatibus, & quieti in lo/
co medio, ut corde uel cęteris partibus non ſic motis. Ita
poteſt intelligi de motibus localibus angelorum. Et ita
non ſequitur ſi angelus adquiret locum aliquem ſucceſ/
ſiue, quod tunc deperdet alium, uel econtra, cum poteſt
nunc eſſe per loca ampliora, & nunc curtiora uel ſtrictio
ra, & ſic ſitum acquirere, & non cum hoc ſitum deperde
re uel econtra. Et ita ſi deo placeret ſpiritus poſſet quan
tumcunque uelociter aut diſtanter locum acquirere, ſi/
ue deperdere, & tamen non per maiorem locum multi/
plicari, aut minorem quam in principio, ut poſito quod
deus limitet a angelo, quod ad maximum per ſpacium
pedale cubitũ, uel ſibi æquiualens multiplicatur, & cap/
to ut per ſe noto geometris, quod quantumcunq; longũ
poſſet eſſe ſpacium æquale pedali cubito. Et tertio ſup/
pono, quod A. angelus ſit in oriente in ſitu ſuo quadra/
to, & noto ſitum gracilem ab oriente in occidens ſeruan
tem æqualitatem ſitui cubito aſſignato. Et patet ex limi
tatione diuina, q A angel9 põt remanere cõtinue in oriẽ
te, & ĩmediate poſt hoc eſſe in occidente gracilitate ſitus
& æqualitatẽ ſitui cubito cõtinue cõſeruãte, & ſic diſper
ſis ſitib. in ſitus lineares, poſſet idẽ angelus ſimul eſſe in
oriente & occidente, ut Sophiſtæ falſe imaginantur.
Poſſet tamen iſtis poſitis eſſe ſimul ad quemlibet punc/
tum mundi.

CAPVT XI.

De diuerſorum angelorum diuerſo officio.

PSEVDIS. In iſta materia uideo te notabiliter
deficere & balbutire, ac ſi ebrius dormiẽs ſom/
niaret. Nihil. n. qđ hic dixiſti, pbas, ſed grauiter
qs labi poſſet p idẽ in cõcluſiões ĩutiles ſine fine

Phroneſis

PHRO. Dixi publice, quod in ista materia parum nos/co, & plurior pars illius materiæ, quam hic dico est san/ctorū sententia elicita probabiliter ex scriptura. Et quantum ad illam ultimam conclusionem certum est, quod nemo potest supposita probabilitate suarum suppositio/num ipsam infringere. Et hinc dicitur, quod angeli pos/sunt ex sua celeritate nunc esse in oriente, & nunc in occidente, seruando quantitatem sui limitati situs corporei, figura illius situs quantū expedit uariata. Sed in illa materia oportet cauere de imaginationib. calculatorijs, ut non credatur superficiem uel corpus ad tantum diuidi, ꝙ posset occupare simul quemlibet situm mundi. Oportet secundo cauere ne admittatur, quod superficiale lineare, uel quodcunque corporeum multiplicetur simul ꝑ situs dispares, cum multiplicatio talis sit solum spiritib. uel rebus spiritualibus propriata, & tunc potest sententia illius conclusionis ad multa dicenda proficere, ut angelus tam bonus quam malus potest mira celeritate intra horam per poros quantumlibet situaliter uariari. Cor/pus etiam glorificatum potest per dotes subtilitatis & a/gilitatis intrare ianuis clausis, sine hoc, quod laceret uel frangat quamcunque partem earum, cum non habeant partes earum, cum non habeant partes sic propinquas, quin inter multas earū sit aer notabilis intercœptus. A/LITHIA. Satis est Phronesis de istis imaginationibus & calculationibus declaratum, Sed rogo te dic mihi theologicas difficultates, quas in illa materia dimisisti, graue quidem uidetur, cū angelus sit ubicunque afficitur, sicut Lincolen̄. dicit de anima. Et angelus afficitur cui/cunque parti mundi, q ando ergo est angelus ad quem/libet punctum mundi? Et iterū uidetur possibile, quod angelus sit simul per diuersa loca, ut in cœlo & in terra, & non in medio intercœpto. Et iterum uidetur sicut prę/ter misisti tractatum de modo essendi dei, scilicet essen/tialiter, potentialiter & uirtualiter ubique, sic præter/mittis

mittis modū essendi angeli in loco. PHRONESIS. Fateor ꝙ multa puncta satis necessaria, dimisi in tractatu de deo, nō solum ꝓpter ignorantiā, aut obliuionem, sed quia uidet̄ mihi expediēs matri nostrę, ꝙ sint multi tractatus de deo, de sua fabrica, in breuitate & ordine uariati, ita ꝙ in illa materia posset multorū studium dilatari Certū quidē est, ꝙ necessario deus cōseruet locum quēlibet, & quālibet creaturā, & nō cōseruat per potentiā ab eo distinctā. Nec potest uicissim adesse, & deesse suæ fabricę, ideo necessario est ubiq;. Quāuis autē mundus & tempus, & uniuersalia etiam sint ubique ad modum essendi dei ubiq;, nō possunt attingere, cum deus necessario secundū totam suam essentiam perpetuo est ubiq;. Mundus autē ꝗuis sit secundū partes dispares ubiq;, nō tamē secūdū se totū. Tēpus etiam ꝗuis secundū se totū sit ubiq;, nō tamē semper est ubiq;, secundū quālibet sui partem. Vniuersalia etiā quæ habēt sua singularia ubiq; ꝗuis etiā sunt ubiq;, non tamē semper secundū suas partes singulas subiectiuas. Ideo deus habet unum modū excellentē & ꝓpriū, quo essentialiter est ubiq;. Et cum in deo sit uirtus atq; potentia, quæ realiter est diuina essentia, patet ꝙ deus uirtualiter & potentialiter est ubiq;. Intelligendo tamē illos modos analogice, patet ꝙ in creaturis notabiliter distinguunt̄, cum uirtus unius creaturæ, tam spūalis, ꝗ corporalis, se extēdit & ad loca & ad corpora, ad quæ eius essentia non extendit. Vt rex dicit̄ potentialiter esse per totū regnū suum, & sol uirtualiter per totam sphęram corruptibiliū. Et certū est, ꝙ non situaliter uel essentialiter sunt ibidē, & sic intelligi de creatis spiritib⁹. Ad primā instan[illegible] quā quæris soror, utrū angeli sunt ubiq;, uidetur mihi probabil, ꝙ non secundū suas essentias, sed ille modus limitatus ad deum, sibi est ꝓprie reseruatus. Non tamē uideo, quin boni angeli potentialiter uel uirtualiter sunt ubiq;, cum afficiunt̄ cuilibet creaturæ, licet secūdū gradus bonitatū in creaturis,

Necessario de⁹ est ubiq; potentialiter, uirtualiter, et essētialiter

Mundus tempus et uniuersalia sunt ubiq;

De āgelorū situ

Boni angeli potentialiter et uirtualiter sūt ubique.

Angelus descendens de cœlo nõ recędit a deo.

Angelus continue uidet quid et qualiter sit agendum.

& affectionum ad illas dispariter sint cum illis. Hoc tamen est ex fide tenendum, quod sancti angeli quorsumcunque se mouerint in mundo, inueniunt deum ubique præsentem in quo beatifice mouentur ad suum ministerium implendum. Vnde autem angelus descendit de cœlo, non debet credi quod recędit a deo, sed ubique inuenit deum suum beatificantem ipsum obiectiue, & per consequens non potest a deo essentialiter recędere, licet multi peccando a deo recedant moraliter. Et sic limitato modo essendi angeli secundum hos tres gradus dispares, concędi potest quod angeli mouentur secundum suas essentias, secundum quod deus eis limitauerit ad impletionem sui officij, & sic æquiuocando in modo essendi angeli, uidetur probabile quod idem angelus sit per loca disparia, & non in medio interciso. Vtrum autem hoc sit possibile secundum modum essentiendi essentialem non hic definio, sed credo qnod malus angelus ad puniendum, ad tentandnm uel nocendum homini sæpe adest etiam essentialiter, quando non charitatiue afficitur. Et patet quomodo exiliter est dicendum ad secundam tuam instantiam, & patet de eodem tramite quomodo ad tertiam tuam instantiam sit dicendũ. Scio autem quod in omnibus istis punctis, necessitati sumus plurimum ignorare, Quis enim nouit ad quid deus offitium angeli regulariter limitauit, uel in quanto situ aut ubi uult angelum esse, uel prodesse suæ fabricæ? Credimus enim tamen, quod sic deus limitauit angelos bonos perficere partes mundi, sic continue implendo inpeccabiliter suum officium, continue sine otio perficiunt partes mundi, & ita illuminant & purgant inferiores angelos, licet nõ a suis erroribus uel peccatis, sed præseruãt eos in statibus debitis, qñ cęteris parib. dilapsi forent aliter ab illis statib. quos nunc seruant. Et sic illuminãt inferiores angelos, licet omnes & singuli lumen a deo recipiant. Angelus autem continue uidet in uerbo, quid &

qualiter

qualiter sit agēdum, & mouetur a deo ad perficiendum opus suum debitum, & in hoc beatifice delectatur, unus tamen uidet clarius, & alius minus clare. Quomodo autem angeli alterantur in suis illuminationib. est difficultas, & error multiplex, cū multi imaginātur nimis grosse, quod lumen quo informatur angelus sit res quæ poterit per se esse continue defluxu a deo, uel superiori angelo. Sed quid stultius? cum affectio angeli pōt insensibiliter uariari, & in maiori parte angeli habent affectiones ꝑpetuas, quas ex ꝑpetua seruatione pro suo tp̄e ꝓsequūt.

CAPVT. XII.

De angelorum lapsu & eorū pœna.

PSEVDIS. Audiui ꝙ taliter qualiter eructasti tuam sentētiā, sed dubia, in quibus difficultas abscōditur, prętmitttis. Dubiū quidē est, utrū ex angelo & corpore aliquid cōponatur. Et iterum dubium est, quō aliqui angeli erant facti sic mali, in suis malitijs indurati. Ac tertio dubiū est, quō boni āgeli pugnant cū malis. Tum hoc uidetur beatitudinē bonorū tollere, cum scd'm August. Beatus est qui habet q̄cquid uult, & nihil mali uult. Sed quō habet angelus sic pugnans quicq̄d uult, cum appetit finem uictoriæ, & pacem sequentem, quib. caret pro mēsura alia, & sic perficitur ac imperficitur successiue? PHRO. Consydero quod eructatio sonat excellentius q̄ꝫ pōt competere creaturę cū substātia diuīa dicat de patre & filio. Eructauit cor meū uerbum bonū. Sed ad primum dubium tuū uidetur mihi, ꝙ nihil ex spiritu & corpore ꝓprie cōponitur, sed aggregatum ex illis uocatur nunc animal, & nunc capit denominationem unius partis, & nunc alterius differentię communiter. Vt angelus nunc dicitur replere locū, & nunc moueri localiter corporee. Proprie autem dicitur intelligibiliter in deo quiescere. Quomodo

Beatus uir qui sit.

Nihil proprie componitur ex spū et corpore.

autē mouet corpus, concipit intellectus, sed actus imaginatiue suspenditur, sicut de creatione mundi, & cæteris pure intellectibus. Sed uocando aggregatū ex angelo, & corpore animal, sicut uocat Greg. uidetur ꝙ illud aggregatū sit angelo pure pfectius, cū corpus assumptū non impficit angelū, sed supaddit totam pfectionem illius corpis aggregato. Quo ad secundā difficultatē oportet inniti fidei. Et cum Auerrois dicat, qđ ueritas testať sibijpsi, omībus modis cōcordat experientia, quā habemus de malis spiritibus. Diciť em̄ cōmuniť ex fide Esa. xiiij. ꝙ primus angelus uocatur Lucifer, paulo post primum instans mundi fuit prostratus in supbia, & statim post iusto dei iudicio deiectus fuerat in infernū. Quāuis em̄ om̄is locus uideretur esse inpertinēs spiritui, ut delectatione corporea inibi delectetur, cum deus æque delectatur ubiq;, & pœna corporea non posset inesse illi spiritui, est tamē grandis pœna creato spiritui, qđ inuite deijciatur, & retineať in loco humili & indigno, a cœlesti influentia maxime elongato, cuiusmodi est locus inferni. Sed de supbia istorū malorū angelorū est dubiū apud multos, cū em̄ fuerūt creati in clara noticia, difficile uidetur, ꝙ sic inciderent in errorem potentiæ, cum homo non potest ad tantū errare, ꝙ credat se deo posse in potentia coequari. cum demōstratio certissima docet oppositum. quomō ergo potest primus angelus esse stultior, ꝙ̄ hō insipiens? Et iterū uideť difficultas, quomō primus angelus, si per tēpus in illa clara dei noticia fuerat delectatus, a noticia illa excidit, cum ex delectatiōe tanti obiecti fortificaretur noticia. Et nihil appetiť, nisi rationi ipsum appeat bonū, quōmō ergo posset incipe illa fallax apparētia? Et iterū, multi hoīes sunt ppter minorē noticiam minoris obiecti ꝙ̄ est deus, in eius cōplacentia delectabili confirmati. Nec posset dici, ꝙ angelus creatus est in primo instanti mūdi, in tali malicia & errore. quia tunc deus foret autor talis maliciæ, & germinaret hæresim Manicheorū, ponentiū cum malū. Hic potest dici, ꝙ om̄is

Pœna corporea non pōt inesse spiritui.

ꝙ omis malus angelus stetit in statu innocentiæ per tempus modicū, licet nobis insensibile, & post modū in supbiam sunt dilapsi. Quomō autē casus iste contigit, dici potest, ꝙ duplex est taliū spirituū noticia dei, scilicet uisio in uerbo, & noticia in genere ꝓprio. Visio in uerbo uocatur ab Augu. noticia matutina, & in cōfirmatis angelis noticia meridiana. Alia autē noticia rerum in genere ꝓprio, quæ dicit̃ noticia abstractiua, uocat̃ etiam noticia uespertina, & talem inperfectiuā & cōfusam noticiam de deo habemus hic in uia, Vnde in nobis distinguuntur notabiliter tres noticiæ intellectus, sicut est dare triplicem corporeā uisionē. Aliqua eñ uidemus directo intuitu, sicut spiritus intuetur tam deum, ꝙ̄ alias creaturas in uerbo. Secūda aūt uisio corruptibilis est p refractionem, quādo per media diuersarū dyaphaneitatū uisibile, uel ratione diuersitatis dyaphaneitatū parū a rectitudine declinando, & isto modo dicitur spiritū creatum simul cognoscere creaturam in uerbo, & in ꝓprio genere. Tertia autē uisio est per reflectionem, quādo species uisibilis a speculo reflectit̃ ad oculū uidentem, ita ꝙ prima uisio fit per lineā rectam, secūda per lineam refractā, & tertia per lineā reflexam, Et isto modo uidemus nūc per speculū inęnigmate, cum Roma. i. inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunt̃. Relinquēdo ergo perspectiuis declarationem huius trplicis noticiæ, dico tanꝙ̄ mihi probabile, ꝙ oēs angeli habuerūt in primo instanti mundi, & paulo paost in uerbo dei claram noticiā & eodem meditulio tēporis declinādo ab ista noticia, nouerūt res in suo genere. Noticia minus clara pro tēpore illius noticiæ lapsi sunt angeli non credētes, ꝙ parificantur deo, tū hoc ꝙ nō posset intelligi, sed credētes affectātes & cōtentati, ꝙ sint similes altissimo, sic scilicet, ꝙ sicut altissimus nō habet supiorem ad quē referat gratias pro donatis. sic illi angeli mali quiescant in noticia rerū in ꝓprio genere, & non ad laudes deo debitas reuertant̃.

Omnis angelꝰ malus stetit in statu innocencię per modicū tempus.

Duplex est noticia demonuȝ de deo.

Tres noticie intellectus.

Triplex corporea visio.

Omnes angeli hēnt in primo instāti mūdi clarā uisionē i ṽbo dei.

Et credi potest, q̄ angeli mali nimis diu in noticia rerũ in suo genere perstiterũt, & sic in illis, sicut in omĩ hoĩe peccante primo fuit peccatũ omissionis, & ex cõtingente tẽporis, & misericordia diuinæ punitionis, & ex carẽtia innouationis pœnæ sensibilis, sunt illi mali angeli in suis uicijs indurati, quietant̃ enim in suo modo uiuendi, quem habent a deo. Ideo nõ præsumunt illi apostatæ pœnitere. uel plene & debite gratias agere deo suo, & sic cõtingit hoĩem paulatiue & specialiter dum spũs fuerit separatus a corpe finaliter obstinari, & est peccatũ in spiritum sanctum, & diabolicũ. Ad primũ istorum argumentorũ, patet ex dictis, qđ nõ demones sic credũt, sed credunt implicite sicut om̃es supbi credunt. Ex quo sequit̃ q̄ coæquarent̃ deo, si cum illis paribus nõ ex dei iusticia sint puniti. Ideo dicit̃ cõmuniter qđ supbi uolunt implicite æquari deo. & sic de multis notabilibus. quæ cũ cõditione huiusmodi sunt supplendæ. Ad secundũ argumentũ dicit̃, qđ talis angelus a delectatione decidit, in deo paulatiue incipiẽdo nimis diu ĩmorari in noticia rerum in ꝓprio genere. Vnde talis mora est periculosa in nobis, & non infuit angelis confirmatis, sed non uideo, quin illi angeli tam tũc, quã modo, possunt cognoscere res in genere suo. Sic tamẽ, qđ noticiam matutinã debitam non omittant. Ideo est uerisimile, q̄ illi angeli cõfirmati, res in uerbo basaliter cognoscant, & cum hoc modo uisionis refractæ cognoscunt res in ꝓprio genere. Diaboli tamẽ cõfirmati fuissent, si tempestiue & debite ad dei laudem atq; noticiã diuertissent. Quantũ ad tertiũ argumentũ concędo assumptũ, unde cõfirmatio consistit radicaliter in prędestin̄atione diuina, & eius assistentia gratiosa. Lapsis autẽ consistit culpabiliter in creaturę negligentia, ut primus angelus negligenter moratus est in noticia creaturæ in suo genere, & sic neq; uolentis angeli, neq; currẽtis hominis est per se confirmatio, sed dei miserentis,

Diaboli et sic omnes superbi volunt implicite coæquari deo.

In quo confirmatio et lapsus radicaliter consistat.

CAPVT

CAPVT. XIII.

De pugna angelorũ.

ALITHIA. Licet frater phronesis, sentẽtia ista uideatur probabilis, tamẽ superest diffi/cultas tertia declaranda, scilicet quomõ bo/ni angeli pugnant cum malis, & quomõ in/cęperat, & quando terminabitur illa pugna

Quomõ angeli boni pugnãt cũ malis.

PHRONE. Fides scripturæ in Apocalypsi Iohãnis, & ꝓphetia Danielis, edocent illam pugnam, non tamẽ in/telligo, qđ angeli isti pugnant lędendo se reciproce, uel ꝗ uerberando aerem trucidant, aut lędant sese in corpo re, cum nõ taliter possunt pati, sed assumptis corporibꝰ docent homĩes, quomõ ipsi resistunt spiritui, etiam uio/lentia corpali. Si em̃ hoĩes pfidi resistũt etiã sancto spiri tui, ut dicit Stepha. Act. viij. Multo magis creati spũs possunt assumptis corpibus resistere sibijpis. Sed diuer/sitas est in resistẽtia bonorũ spirituũ & malorũ. Nã ma/li spũs apponũt uisum & difficultatẽ potentiæ cõtra dei potentiã resistendo, & illa uocať pugna illorũ spirituũ. Spũs autẽ boni uidentes plene dei placitũ, insiliũt con/tra illos malos spũs, & resistunt de quanto uiderunt dño cõplacere. Et talis colluctatio uocať pugna in libris pro pheticis. Taliter em̃ colluctamur aduersus carnẽ & san guinẽ, & etiã contra ipos diabolos. Beati autẽ habent in om̃i tali pugna quicqd uoluerint, quia ꝙuis non habeãt modo uictoriã talis, certificati tñ ex reuelatiõe diuina, habẽt pro futuro tempe. Et interim habẽt quãcunqꝫ de/lectationẽ uoluerũt sine fastidio reluctante & sic dispa/riter pugnant angeli boni cum antiq̃ serpente, & dispa/riter deus si pugna uel luctuatio debet dici. Et patet so/lutio ad obiectũ. Nam angeli boni habent quicqd uolũt, quia pro magno tempe, etiã sunt cõtinue securi de habi tione optati sine fastidio incidente. Et sic beati licet ca/reant dispositiõe accidentali, uolunt tñ ipa carere, & de hoc est eis bñplacitũ, quantũ erit eis bñplacitũ cũ habe/bunt, q̃a certitudo finis & cõplacẽtia uolũtati diuinæ, ni

Beati ĩ om̃i pugna habẽt quicquid voluerint.

ſuccedentis pulchritudine huiuſmodi, delectat angelos continue æque multum. Nec uideo quomodo logicus ſi ne extenſione temporis poſſet in iſta materia regulari/ter loqui uere, & patet quod angelus bonus non ex hoc ꝑficitur, & imperficitur ſucceſſiue, cum delectabilis ex/pectatio tantum perficit, ſicut habitio talis finis, ſed ſe/cus eſt de homine, qui continue fluctuat in ambiguo quo ad finem. Quādo autem illam pugnam incœperat, utrū ſtatim poſt lapſum mali angeli in ſupremo cœlo, eſt mi/hi ambiguum, uel ſi cœperat illa pugna in particulari triumpho poſt aſcenſionem Chriſti in eccleſia militante Scimus quidem quod talis tota habitabilis noſtra uoca/tur cœlum, ſicut uolucres cōmuniter aues cœli. De ceſ/ſatione autem illarum pugnarum, certi uidemur, quod poſt diem iuditij, cum non erit tunc materia reluctandi. Sed quomodo hic mali ſpiritus tentant homines, eſt diſ/ſenſio apud multos, cum non ſubſit ratio, uel modus ten tandi. Certum eſt tamē quod poſſunt tentare homines, uniendo ſpiritus corporeos, prout fuerit operi meritorio conſonum uel diſſonum diſpergendo. Sic enim diabolus poteſt tentare homines per ſpeties rerum ſenſibilium, nunc excitantium ad gulam atque luxuriam ſecundum appetitum carnis. & nunc per ſpecies rerum ſenſibiliū excitantium ad auaritiam, opponendo ſecundum concu piſcentiam oculorum, & nunc ſpeties rerum ſenſibiliū excitantium ad ſuperbiam applicando, ſicut diabolus tē tauit Chriſtum Matth. iiij. Et boni ſpiritus poſſunt ſecū dum gradus conſimiles adiuuare. Regulam autē in om nibus iſtis oportet de beneplacito dei accipere, cum dia/boli ex fide non plus poſſunt tentare homines, quam de dei beneplacito permittuntur, cum dei iuſticia non per/mittit nos tentari ſupra id quod poſſumus, uel ſi reſiſte/re nō ſufficimus, peccatum noſtrum primum eſt cauſſa.

Tota habitabilis noſtra uocatur cœlum.

Diaboli nō poſſunt plus tentare quā deus permittit.

CAPVT XIIII.

De prædeſtinatione & præſcientia dei & eorum cauſſis.

Pſeudis

PSEVDIS. In omĩbus iſtis uidet̃, ꝙ innuis deũ in creaturis ſuis in omnibus taliter ioculari, cũ creatura non plus poteſt talia facere uel moue/re, quã imago artificis ioculantis, Cum Eſa. dicat, ꝙ ſumus ſerra domini diuidentis. Et ſic ui/det̃, ꝙ deus neceſſitat tam prædeſtinatos homĩes, ꝗ pręſcitos. PHRONE. Hic oportet intelligere termĩos, ut fides ſcripturæ hos limitat, & non ultra, ne dent occaſio nem concipiendi erronee de eſſentia increata. Et ſic ui/det̃ mihi probabile ut ſup̃, qđ deus neceſſitat creaturas ſingulas actiuas ad quemlibet actum ſuum. Et ſic ſunt aliqui prædeſtinati, hoc eſt poſt laborẽ ordinati ad glo/riam. Aliqui præſciti, hoc eſt poſt uitam miſerã ad pœ/nam perpetuã ordinati. Sic eñ limitant̃ hĳ duo termini, licet apud multos accipiant̃ cõmunius, ut termini uidẽ/tur ſonare, & ita p̃deſtinationis, aut præſcientiæ diuinæ eſt cauſſa indubie ip̃e deus, cum nulla creatura cauſſat, formalit̃ intelligẽdo hos actus, ſiue noticias deo intrin/ſecas atq; æternas. Intelligendo autẽ paſſiue prædeſtina tionem, uel præparationẽ ad pœnam, uidetur ꝙ ille ſũt a deo abeſſe intelligibili creaturę, & a futuritione termi nis cõcauſatæ. Et ſic ueritas prior naturaliter in iſta ma teria uidetur cauſſare ueritatẽ ſequentẽ, ſpecialiter in/tercidente actu huius ueritatis, ut quia deus ordinat ta. le præmiũ ſiue pœnã, & homo ſic merebit̃ uel peccabit. Et quia de facto intercidit tale meritum, ſiue demeritũ. ideo de facto ſequit̃ talis punitio, uel præmiatio, & ita cõ cędendũ uidet̃, ꝙ temporale ſit cauſſa prædeſtinationis æternæ, præcedẽte tamẽ cauſſa æterna, tam ex parte dei taliter ordinãtis, ꝗ ex parte fuuritititionis creaturæ tali ter ordinatæ. Nec dubiũ quin deus, quãdocunq; ordina uit punitionẽ, uel actum huiuſmodi intendit finem me/liorẽ. gratia cuius, boni, honeſti, & utilis eccleſiæ ſic in/tendit, ſed nec eſt incõueniens, ſed conſonum, ꝙ æternũ huiuſmodi reſpectiui, cauſſetur ab aliquo tẽpali, ſuo

Deus neceſſitat creaturas ad quẽlibet ſuũ actum.

De prędeſtinatiõe et pręſciẽtia dei et cauſa ipſorum.

Temporale eſt cauſſa æterni.

tempore ſuccedẽte, ut quia hoc eſt. Et ſic proficit ac perficit mundũ, deus ordinat illud fore, antecedens eſt temporale, & conſequens eſt æternũ, Et ſi quæratur quid cõplete cauſſat dei ordinantiã æternam, anteq̃ iſtud fiat, dicitur, quod dei uolitio, uel etiam ip̃e deus, cum neceſſarium eſt ad completionem reſpectus huiuſmodi effectum talem ſuccedere abſolutum, & ſic quamuis ſequitur, iſte homo eſt ordinatus a deo, intellectus a deo, uel ab ip̃o uolitus, ergo ille homo eſt, cum deus nihil intelligit niſi quod eſt. Tamen non ſequit̃, ſi pro illa menſura ille homo intelligit̃, uel eligitur, ergo pro illa mẽſura ſicut deus elegit ip̃m ante mundi conſtitutionẽ, ille hõ eſt, cum om̃is prædeſtinatus fuit electus ante mundi conſtitutionẽ, & tamen non fuit homo ante mundi cõſtitutionem, quia tunc æternaliter fuit homo. Et ſic nõ ſequit̃, ſi ille homo fuit ante mundi cõſtitutionẽ in eſſe intelligibili ordinatus a deo uel intellectus, tunc fuit ante mũdi conſtitutionẽ. Sed ſatis eſt, qđ fuit pro ſuo tempe. Et ita licet hoc fuit aliquid ante mundi cõſtitutionẽ, demonſtrando idæam hominis, & hoc eſt iſte homo, tamen iſte homo non fuit aliquid ante mundi cõſtitutionẽ. Et licet tunc fuit electus, a deo uolitus &c. & tamẽ non fuit &c. electum a deo uolitũ &c. q̃uis fuit electum & a deo uolitum pro ſuo tempore. Iſtud colligitur ex ſententia primi libri,

Quid cauſſat dei ordinationẽ

CAPVT XV. & ultimũ.
De cœlo & ſuis partibus.

ALITHIA. Dic frater PHRONeſis, conſequenter ad dicta tua, de cœlo & ſuis partibus, tum quia aſtronomi de eius noticia multum pompant, tum etiam quia ſcriptura de eis facit mentionem. PHRONESIS. De illa materia parum concipio, & Aſtronomi in illa materia loquentes infun

tes infundabiliter balbutiunt. Dicunt enim a probabili experientia, qđ septem sunt Planetæ, citra octauam sphæram hunc ordinem obseruãtes, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & luna. Et motus, ac Eclipsis eorum a sensibili experientia cognouerunt. Et super oẽs hos septem ponunt cœlũ stellatum, & figuras astrorũ, cũ suis efficacijs ac cõiunctionibus, oppositionibus & alijs respectibus cũ Planetis. Et super octauã sphęram, quæ dicitur cœlum stellatũ, ponunt quidam sphæram nonam, quidam sphæram decimã, & quidam sphæram undecimam, & habent suas euidentias. Sub Luna autẽ ponunt quattuor elementa, scilicet, ignem, aerem, terram, & aquam. Et omnia illa ponũt corruptibilia, & in suis cõfinijs specialiter adinuicem cõmisceri. Et compositum ex istis quattuor, uocant sphæram corruptibilium, in qua super terram & in aere sunt homo, & mixta alia, ut sensibilia, uegetabilia, lapides metallorum mineris. Et mixta alia imperfecta, quæ uocant exhalationes, uapores, uel alias impressiones. Et propter homines ponunt terram quo ad nostram habitabilem, parum a centro eleuatiorem. Aquam uero ponunt sic situari, qđ ex parte altera sit eleuatior quam est terra. Et omĩa hæc tria elementa ponunt quodãmodo circundare circa terram, ignem uelocius, aerem tardius. Velocius tamen supra circũferentias altissimorũ montium. Et illis circumferentijs ponunt stellam comatam, ab influentia cœlesti generari, & sub illo ardentem draconem, halonem, & iridem, hiatum, & bochim, pluuiam, & niuem, & grãdinem, uentum, & maris salsedinem, cum cæteris impressionibus subterraneis, quas describunt. Aer autem circa periferias montium, sicut Mare mouetur irregulariter. Omnia tamen corpora illa sublunaria, impressiones recipiunt ab astris cœlestibus, & in corruptione ac alijs passionibus in suis periodis, a cœlestibus

Septẽ sunt planetę

Coelum stellatũ siue octaua sphęra.

Quattuor elementa.

Aqua terrę ex parte eleuatior ẽ

Stella comata vbi generatur/ cũ dracone/ halone. etc.

corporibus limitantur. Omnes autem orbes cœleſtes, hoc eſt ſupralunares ponunt cum aſtris circulariter eſſe motos. Orbes autem planetarũ ponũt diuidi in tres partes, & ſecundũ illas planetas eſſe nunc in auge, nunc in oppoſito augis, ſiue rarefactione ſiue condẽſatione cœli Et prꝫter hæc ponũt paruos circulos, & in circumferentia ſphæræ planetæ, in quibus defertur aſtrum, qđ nunc eſt ſtationariũ, nunc retrogradũ, & nunc directum, & illos circulos nominãt Epiciclos, & quẽlibet hominem in ſua generatione a facie cœli in ſua periodo ac uita, fortunijs cum fortunijs ac infortunijs limitari. Planꝫtas autẽ deſcribũt in ꝓprietatibꝰ ſuis & cõplexionibus ſatis diuerſificari. Omnes tñ a ſole poſſũt lumẽ recipere, & Lunam quæ eſt infima planetarũ, & magiſter humidorum, ponunt in oppoſitione ſecundũ partem inferiorẽ nobis ſenſibilem illuſtrari. In coniũctione uero cum ſole ſcđm partem ſui ſuperiorẽ parum maiorẽ habere a ſolis lumine illuſtratam, & in acceſſu ac receſſu a ſole ſecundum quadras & partes alias in lumine uariari. Sed quo ad omnes iſtas ſentẽtias, in quibuſdã ſensibus dicunt ꝓbabiliter, ut de aſtris, in alijs autem inſẽſibilibus infũdabiliter ſomniant, & ideo nimirum, eorum iuditium ſæpius eſt peruerſum. Tantã autem regularitatẽ ponũt in motu cꝫli, ꝙ ſi cœlo unum aſtrum de nouo eſſet additum uel ablatum, totum cœlum nõ moueretur cũ fatigatiõe & pœna, ut dicit Auerrois. Liñ. autem qui multum in illa materia laborauit, ponit in ſuo Exameron deceptiones in illa materia ſatis multiplices. Nam ex fide ſcripturꝫ Sol nũc ſtetit, & nũc retroceſſit, & ignoramꝰ ſi ſꝫpius ita fecit. Et cum totũ iuditium Aſtronimi ſit de regularitate motus aſtri, quomodo certitudinaliter iudicabit, ſpetialiter tamen in gemellis, qui a facie cœli ſphærꝫ paritatẽ influẽtia ſunt reſpecti. Vnus habet fatũ fortunꝫ laudabile, & alius infortunia ſatis multa, Similiter cũ actiones

Epiciclos

Luna magiſter humidorum.

nes actiuorũ, sunt in passis secundũ dispositiões passorũ, sed materię ex q̃bus fit embrio, sunt satis dispares in matrice, nec aliqua scientia tradit regulã de istis materijs, nec uarietatẽ actionis cœli, secũdũ diuersitatẽ situs sub lunaris, quomõ ergo stabunt generales regulæ astrologi quo ad ista? Similiter certũ est, ꝙ proles uariatᷣ in suis accidẽtibus, secundũ uariationẽ nutritionis, motionis, & cõplexionis maternæ, cum alijs uariabilibus in aere, sed q̃s astrologus cognoscet regulariter illas metas? Et patet ꝙ sicut medici, sic & astrologi fingunt sæpe sententias quas ignorant, & talis fallacia est in arte alchimitica, & in multis similibus sophismatis fallaciter a trutannis. Sed in uenerabili scientia Theologica, quę debet esse certissima ac necessaria, sunt sophisticatiões nimis subdole & hæreticę antechristi. Quantũ autẽ ad speculatiuã Astronomiæ, tã Astrologi, q̃ Philosophi naturales plurimum sunt ignari, ut supposito sensus eorũ iudicio sine errore dicitur, qđ difficile est fidelẽ credere adhuc, sicut ignorant utrum Angelus copulatur orbi, ut forma, uel unus illorum orbium mouetur, nisi a deo solũmodo, sic ignorant, utrum astra mouentur proprijs motibus, siue orbe. Vel utrum ad motũ orbis sui circulariter deferuntur. Posset quidem esse, qđ orbis per se moueretur perpetuo a suis partibus, supposito ꝙ a deo sit semel circulariter circũductus, & si non cum tali intelligentia motrice sit taliter copulatus. Videmus em̃ ꝙ mixtũ figuræ teretis semel per arcẽ digitorũ hominis circũductum, continuat per tempus notabilem motum suum, & si non esset impedimẽtũ ex grauedine corporis, ex collisione medij continentis, nec ex corruptione corporis teretis, ista moti perpetuo moueretur, ex appetitu naturali partiũ, quæ naturaliter appetunt continuari ad inuicem, ut patet ex motibus proiectorũ. Quæ ergo necessitas ponendi intelligentias coniunctas orbibus ita motis? Et iterũ cum astra possunt per se moueri in orbibus quietis, ut

Medici et astrologi fingũt sępe sententias quas ignorant: similiter et alchimistę.

apparet, nec ratio necessitat, qd' taliter moueantur, quæ rogo necessitas ut astra ad motum circularem suorū orbium deferantur? Stat ēm ex subtilitate orbis & astri, q orbis non per motum huius lęderetur, ut patet de corporibus ascendētibus in cœlum, & ex dote subtilitatis corporis gloriosi, aut quale inconueniens foret, q medium diuidatur? sicut aer diuiditur per stellam comatā, & diuidebat̄ per illam stellam, quæ tres magos duxit ab oriente in Bethleem Christo nato. Ex multis talibus uidetur mihi, qd' periculosum est nimis multū in somnijs illius scientię ĩmorari, specialiter cū fundatio scientiæ sit incerta, & fidelis posset lōge melius in alijs exercitijs animæ occupari. Nec dubium quin debemus deo computū de oῶi occupatione uirium & temporis hic in uia.

Finis secundi Libri.

SEQVITVR TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

De Virtutibus

ALITHIA. Placet frater mi Phronesis, quod posuisti finem labori & studio huius artis, cum uidetur expeditius & utilius uiatori, tractare de uirtutibus & exercitio in illis. Per hoc enim accumulabitur meritum uiatori, & proderit quo ad pacem uiantium, & toti ecclesiæ militāti. PHRO. Placet nobis inniti tam speculatiue quā practice huius materiæ præmittendo diuisiones multiplices de uirtute. Est aūt quædam uirtus creata, & uirtus quædam increata, cuiusmodi est personaliter uerbū dei, & essentialiter ipse deus. Virtutum autem creatarum quædam est naturalis, & quædam moralis, tum naturalium quædam sit diuisibilis, & quædam indiuisibilis. Et uirtutum moralium, quæ solum possunt inesse homini, quædam est moralis humana, & quædam est theologica, cuiusmodi est, Fides, Spes, & charitas. Virtus autem moralis phisica uel humana ab Aristotele sic describitur, quod est habitus electiuus in medio consistens, quo ad nos determinatus ratione. Et sunt tales habitus secundum suas materias multipliciter uariati. De illis autem habitibus quatuor sunt uirtutes cardinales, scilicet, Iusticia, Fortitudo, Prudentia & Temperantia. Vnde philosophi æquiuocando nominant sub eodem nomine, nunc uirtutem moralem, & nunc uirtutem intellectualem. Quinque autem uirtutes intellectuales possunt inesse homini, uirtutes suas morales, ut ratio exigit regulantes. Et sunt istæ quinque, Sapientientia, Intellectus, Scientia, Ars, & Prudentia. Sapientia est de caussa altissima, & suis passionibus, de quibus primo libro dictum est. Intellectus autē est noticia ueritatum, quæ sunt principia scientiarū, ut per intællectum cognosco, quod nihil simul est & nō est, & q̄d omne totū est maius sua parte, & ita de cęteris. Sciētia uero est tertius habitus intellectiuus, de prīcipijs suis demō-

Duplex diuisio virtutum.

Virtus moralis secundum Arist. quid sit.

Quatuor uirtutes cardinales.

Quinque uirtutes itellectuales

ſtratiue demonſtratus, cuiuſmodi ſunt concluſiones in demonſtratiuis ſcientijs, & alijs declaratæ. &c. Ars autem eſt habitus factibilium, uel etiam artificialium directiuus, non autem praxis talium factibilium, ſed habitus ſpeculatiuus ordinans quomodo talia factibilia debent ordinari. Prudentia uero eſt habitus agibilium directiuus, & pertinet ſpecialiter ad uirtutes morales, cũ quælibet earum dicitur habere ſuam prudentiam. Sunt autem iſtæ uirtutes morales in appetitu ſenſitiuo ſecundũ Ariſto. Et quia illæ uirtutes faciunt hominem eligere finem rationalem, & ad opus illius finis delectabilit̃ inclinari. Ideo uocantur ab Ariſto. habitus electiui. Et inſuper quia omnes tales habitus conſiſtunt in actu medio, inter duo extrema uitioſa, ideo uocat Ariſto. illum habitum electiuum in medio exiſtẽtem. Virtus enim cũ dicit̃ ad aliquid eſt in actu ut in fructu uirtutis. Et actus uirtuoſus dicitur ipſe in contrario in uirtute, ut in ſuo efficiente, uel ad ipſum moraliter inclinate. Caueamus tamen ſemper, ne credamus uirtutem aut uitium, uel act⁹ procedentes ab illis eſſe res aliquas, quæ poſſunt per ſe eſſe. Sed uirtutes & uitia ſunt accidentia de genere qualitatis, & actus ſunt accidentia de genere actionis, ut dicit Ariſt. quod oportet eſſe medium quo ad nos, hoc eſt, quo ad eum qui taliter habituatur, quia diuerſis hominibus eſt medium diſpariter adaptandum, ut Ariſto. exẽplificat de Milone. Ipſe enim uoluerit comedere bouem in die. & in multis hominibus excæderet illud medium uirtuoſum. Ideo oportet loqui de medio, quo ad proportiones & habitudines uirtuoſi, ſic quod diuerſis hominibus ſint diſparia media adaptanda. Sed cũ quælibet uirtus moralis habeat ſuam prudentiam, connectit Ariſto. quod eſt habitus determinatus ratione. Non enim ſemp̃ eſt agendum, nec continuo otiandum, & ſic quo ad uelocitatem aut tarditatem actionis, cum modis alijs infinitis, quos oportet ſecundum rationem prudentiæ regulari.

Vbi ſunt uirtutes morales.

Quælibꝫ uirtus habet ſuam prudentiam.

lari. Ideo addit Aristo. quod uirtus moralis sit habitus rati one determinatus, nec oportet nos sicut quando fuimus pueri mussitare, quomodo habitus talis semper inclinat secundum ultimum esse sui, & ita foret sepe nociuus, cum inclinaret subiectum ad actus uitiosos. Item secundum uariationem circunstantiae uideri posset minus intelligentibus, quod uirtus potest esse uitium, ut habitus inclinatiuus magnifici, ad dandum indigentibus excessiue inclinaret, plus ipso deiecto ad pauperiem scienter, uel ignoranter, quam foret in sic disposito oportunum, & sic deueniret ex casu tali extrinseco habitus uitiosus. Similiter non oportet diffinitum uariari proportionabiliter, ut diffinitio uariatur, sed oportet hominem uariari in actibus extrinsecis uitiosis, ut medium extrinsecum uariatur. Ergo cum non potest esse latitudo in uirtute & uitio, superest, quod in habitu animi correspondenter ad medium extrinsecum, habitus a uirtute in uitium uarietur. In ista materia tenendum est, quod uirtus moralis, de qua est sermo secundum ueritatem, est habitus a deo datus in intellectu hominis radicatus, & distinguitur a consuetudine, quam quidam dicunt Aristo. uocare uirtutem moralem. Et sic concedo quo ad primum argumentum, quod consuetudo talis saepe nocet in casu. Sed illa consuetudo distat plurimum a uirtute nec est imaginandum, quod consuetudo sit una res absoluta quae posset per se existere, sicut graue aut leue, & inniti secundum ultimum suae potentiae, sed est una de potentijs accidentalibus, quibus aduentice homo disponitur, ut taliter aut taliter operetur. Ad secundam instantiam dicitur forma consimili, quod consuetudo quae non est prudentia regulata, nocet hominibus, sed illa consuetudo non potest esse uirtus aut uitium, uerumtamen magnificus debet secundum prudentiam pro talibus casibus suam largitionem prouide mensurare, specialiter non dando histrionibus, uel mendicis ualidis pro uano nomine acquirendo. Quo ad tertiam instantiam dicitur, quod in constantia & flexibilitate, tam uirtus, quam uitium uariatur. Pares autem

virtus moralis

Uirtus pot esse vitium.

Quid sit uirtus secundum veritatem: et vbi radicetur.

Consuetudo quid sit.

intẽsiuas, non solum horreo in uirutibus, sed in quibusli bet creaturis. Nec solũ horreo, sed ꝙuis in iuuẽtute mea circa istam materiã solicitus fueram, modo tamẽ nõ intelligo. Habitus autẽ non uariant̃ de uirtute in uitium, cum sint specierũ dispariũ, sed subiectũ, scilicet, ut unus hõ qui solebat de bonis fortunæ largiri, prudenter egentibus uirtuose, assistẽte pauperie, & stãte improuida cõsuetudine, largitur ꝓdigaliter de bonis quæ sibi adueniunt, non secundũ uirtutem, sed scd'm cõsuetudinẽ, quæ nunc non prudentia regulatur. Sed procul a uirtute ista largitio.

CAPPVT II.

Q₂ uirtutes sunt in intellectu & uoluntate.

ALITHIA. Consydero in ꝑte frater mi Phronesis, quomõ ista sententia sit multũ probabilis. Sed tamẽ in hoc ꝙ ponis omẽs uirtutes morales in intellectu uel uolũtate cõsistere, miror multũ, cum secundũ Arist. ij. Ethi. Appetitus hominis sensitiuus, qui dicit̃ rationalis, secundũ participationẽ uidetur subiectare omẽs has uirtutes præter iustitiam, quæ dicit̃ in intellectu hoĩs subiectari. PHRO. Oportet nos cõsyderare parum altius, tam uirtutes, quã uitia, quã philosophus iste fecerat. Iusticia quidẽ non solum cõmutatiua uel distributiua, sed etiã seruitiua debet dirigere nos ad deũ. Nam prima & principalis pars iusticiæ stat in isto, ꝙ seruiamus deo ex tota nostra potẽtia & uirtute, diligamusꝗ ipm ex toto corde, & tota anima nostra ad similitudinẽ trinitatis, & sine hac ꝑte charitatis & gratiæ, nulla uirtus moralis inest homĩ, & post hanc partem iusticiæ, oportet hominẽ seruare aliam ad quẽlibet fratrem nostrũ. Et cũ utraꝗ istarũ seruat̃ in spiritu sepato, patet ꝙ sit uirtus altior ꝙ̃ appetit⁹ sensitiu⁹ in q̃ uirtus hmõi sit fundata. Et post istã iusticiã oportet adesse

Iusticia.

In seruitio dei consistit prima et pricipalis pars iustitiæ.

Fortitudo

adesse fortitudinẽ, quæ moueat hoĩem ad patiendũ usq; ad mortẽ, & aggrediendũ mortis articulũ, sicut oportet pro defensione iusticiæ. Et hæc uirtus est in uirtute non organica, cũ animus in eius cõpletione naturaliter delectatur. Post hanc secundã uirtutẽ cardinalẽ, oportet q̃d assit prudentia, quæ cuncta opera uiantis regulet, cõformiter ad primã iusticiã impellentẽ. Et illã uocat Euangeliũ prudentiã serpentinã, quia cõtra oẽs tentationes, & specialiter cõtra tentationẽ diaboli, obturat unã partem auris intellectus, cũ parte eximia caudæ suæ, cõsyderans quomõ necessitat̃ mori ab hac parte misera, & secundũ q̃d hic meruit siue demeruit, recipe in alio seculo præmiũ siue pœnam. Secundã partem auris intellectus applicat ad terrã fragilitatis humanæ, & sic totã spem adiutorij incliat ad suffragiũ dei sui. Et ista est prudẽtia serpẽtina, quã necesse est cõsistere in potẽtia intellect⁹. Quarto aũt cum nõ assunt iste tres uirtutes, nisi insit tẽperantia in subiecto, scd'm quã uirtutẽ tempantię utitur uescibilibus cõformiter rationi, q̃uis autẽ pro tempore quo aĩa hic copulat̃ corpori, multa opera istarũ uirtutũ, q̃ttuor sunt organica & delectabilia appetitui sensitiuo, oportet tamen q̃ in appetitu supiori hoĩs radicent̃. Istas autẽ uirtutes q̃ttuor, sicut quãcunq; uirtutẽ moralẽ, est ĩpossibile inesse hoĩ, nisi assit gratia dei sui. quomõ quæso hõ posset mereri beatitudinẽ. uiuẽdo et agendo scd'm beneplacitũ dei nisi deus ex magna sua gratia hoc acceptet, Ideo quicq̃d hõ egerit, uel natura creata in ipso genuerit, nõ dicit̃ uirt⁹ moralis meritoria p̃mij uel laudis ppetuæ, nisi illa uirtus ab alio uenerit, & per cõsequens a gr̃a dei sui. Et ex isto patet, q̃ nemo cognoscit si sit moraliter ỽtuosus, nisi a deo sibi fuerit specialiter reuelatũ Et sic in tota ista materia de spe præmij, de deletiõe peccati, cũ sibi similibus, utit̃ ecclesia reputatiue & suppositiue, & non demõstratiue, uel certa scientia in spe bonorum patriæ cõuersando. Q̃uis autem Aristoteles di-

Prudentia.

Temperantia.

Impossibile est virtutẽ moralẽ inesse homĩ nisi assit gratia dei.

cat, qđ signū sit homini, qđ sit habituatus uirtute, si delectabiliter & constanter operatur conformiter rationi, hoc tamen signū non est inuincibiliter conuictiuū uirtutis, cum homo expers gratiæ potest ad tempus in bonis operibus delectari, etiam malus angelus, & quantūcūq; præscitus peccando in spiritū sanctū, etiam usq; ad mortem, Et patet q̄ hoc peccatū nimis multos cœcauit inscios, qui diffiniūt q̄ homo absoluit a peccato, ꝓpter leuem uerborū suorū ostensionem, uel expressionē, & ad sacramentalē manuū impositionē, sed de isto inferius. Istud autē est cōtra materiā fidei, licet materiā spei fidelibus administret. Differūt autē iste tres uirtutes theologicę, fides, spes, & charitas ĩ hoc, q̄ fides dicit supnaturalē & habitualē noticiā credendorū, inter reputationē atque scientiā, & habet fides ꝓprietates laudabiles. Sed notādum q̄ fides quandoq; accipit̄ pro actu credendi, quandoq; pro habitu, & quandoq; pro ueritate quæ creditur. Ideo dicūt fideles, q̄ prima est fides qua credimus, secūda fides per quā credimus, & tertia est fides quā credimus. Et fides (ut dicūt scholastici) aliqua est informis, cum credūt dæmones & tremiscūt, & aliq̄ est fides charitate formata. Videtur tamen mihi, q̄ fidelis secundū integritatē fidei, habet necessario charitatē, cum demones & quicunq; in charitate deficiunt, sunt secundū aliquid infideles. Prima ergo proprietas quæ fidē cōsequit̄ est, q̄ sit solum de ueritate, falsitate exclusa, quā ueritatem debet fidelis usq; ad mortem defendere. Vnde sup ueritatibus contingentibus actus humanos cōcernentibus, non ĩmediate & directe fides nostra erigitur, sed super quācunq; ueritatem affirmatiuā uel negatiuā de presenti, præterito, uel futuro, de possibili, & etiam de inesse, ut patet de istis. Deus est, Deus non est iniustus, deus creauit mundū. Deus ueniet ad finale iudiciū, Deus non potest seipm̄ negare, Deus præmiat beatifice suos sanctos. Secunda ꝓprietas fidei est, q̄ citra demōstrationem,

De fide hic agitur.

In quo differūt tres ṽtutes theologicae, et quomō fides multipliciter accipitur.

Proprietates fidei.

Super qubus erigitur fides nostra.

nem, & sensibilẽ noticiã fidelibus sit obscura, cum illud qđ uidemus ad oculũ, dicimur nõ credere. Et sancti qui clare uident articulos, quos nos obscure cognoscim⁹, nõ dicunť ipos credere, sed uidere. Vnde secundũ Aposto lum. i. Corinth. xiij. Charitas manet tam in uia, q̃ in pa/ tria, cum nunq̃ excidit, sed loco fidei habent beati clarã uisionem, & in loco spei perpetuã fruitionẽ. Tertia fidei ꝓprietas est, qđ est basis uel substantia uiatori ueniendi ad quietam habitionẽ credendorũ. Ideo dicit Apostol⁹ Hebre. xi. Q꞉ fides est substantia rerũ sperandarũ, argu mentũ non apparentiũ. Quãuis autẽ fidelis noscat cõtu se omes articulos fidei, & habeat euidentiã, etiam demõ strationẽ ad aliquos articulos fidei cognoscendũ, nõ ta/ men oportet ipm ex hinc, a merito suo excidere. licet ui ator non ut sic habeat rationẽ meriti, & crediderit ueri tatem sensibilem. Et sic intelligi potest Grego. in Omi/ lia de octaua paschæ, q fides non habet meritũ &c. Nec uideo quomõ uiator posset in statu isto peregrinãdo pro ficere ad beatitudinẽ promerendã, nisi primo omniũ sit fidelis. Fidelis autẽ est, qui habet fidem a deo infusam si ne aliqua trepidatione fidei contraria, quæ suæ fidei sit cõmixta. Omes aũt præsciti & criminosi, secundũ præ/ sentem, etiam iniustitiã suut infideles, cum impossibile sit quenquã peccare, nisi de tanto in fide deficiat, quia si pœnam infligendã fore peccantibus cogitaret, & plene crederet, & haberet fidem diuinæ noticiæ, quomõ cla/ re cognoscit omia, cum alijs ueritatibus credendis, non tũc indubie sic peccaret. Ideo Apostolus uocat inter sex spirituales armaturas uirtutem istam scutum fidei, quę uirtus tribus modis potest deficere. Primo modo in ĩfir/ mitate, secũdo modo in porositate, tertio modo in puer/ sa applicatione. Primo modo in fide deficiunt, qui in cre dendo titubant, & non usq; ad mortem pro defensione fi dei perseuerãt. Secũdo modo in fide deficiunt, qui mul/ ta credenda firmiť credũt, & in multis credendis tanq̃

Fidelis quis di/ catur.

Impossibile est quenquã pecca/ re, nisi in fide de ficiat: et hoc tri/ bus modis.

in foraminibus uacuis a fide deficiunt. In tertio supposito, q quis habeat firmum habitū credendorū, ab actu tamen operis meritorij ppter uitam inordinatā deficiunt, tunc arma suæ fidei sunt peruersa. Et patet ratio, quare fides scripturæ in Euangelio Pauli & Iacobi taliter laudat fidem.

CAPVT III.
De spe.

Spes quomodo differt a fide/ et in quo quietatur.

ALITHIA. Ista dicta placēt mihi frater Phronesis, cum sint pulchra & necessaria uiatori. Sed dic rogo de alijs duabus uirtutibus, ut cœpisti. PHRONE. Spes in multis differt a fide. Primo in hoc, q spes solum est de futuro præmio obtinendo, fides autē est de ueritate quantūlibet uariata. Secūdo spes non attingit demōstrationē, uel fidei noticiam de sperato, sed quietatur in quodā actu medio inter dubietatem & credulitatem. Ideo dicunt Logici de sperandis, non qđ ipā sciunt, negant, aut dubitant, sed supponūt. Et talis spes dicit quandā adhæsionē delectabilem citra fidem. Tertio in hoc, q spes nō est nisi de bono patriæ possibili sic speranti, fides autem est tam de bono, q̄ de malo credenti pertinēte. & de multis quæ impertinētia sūt credenti. Et patet q multa sunt pponenda fidelibus, quæ distinctione semota, nec debent dubitare, concędere, nec negare, ut proposito prælato, utrū sit hæreticus, debet sperare ac supponere eius oppositū. Et si dubitat, est omnino culpabilis, cū euidētia quæ mouet eū ad partē affirmatiuā, debet omnimode semoueri. Si cōcędit ex caussa est magis culpabilis. Et tertio si neget cum necessario omis pscitus est hæretic⁹, & ille quē alloquor nō debet oīno negare, q sit pscitus, ideo nō debet negare simplicit̃ q sit hęretic⁹. Nemo. n. debet sine obligatione negare uerū, qđ a iusto dei æternalit̃ ordinat̃, cū beati examīati a deo cōcędendo oppositū negati, ad magistri optimi

Necessario omīs pręscitus est hęreticus.

optimi beneplacitũ responderet, examinati tamẽ de talibus limitant ad heresim de presenti iniustitia, qua sunt secundũ noticiã suæ cõscientię hodie irretiti. Et sic multi negant se esse hæreticos, qui secundum ueritatẽ, quam debent cognoscere, debent concædere istud deo, & corrigẽdo seipsos de hæresi uel tacere uel dicere ueritatẽ. Charitas autem est uirtus maxime necessaria uiatori, cũ nemo põt uenire ad patriam sine illa, eo ꝙ est uestis nuptialis, propter cuius carentiã, Euangeliũ dicit positũ in militante ecclesia, excludendũ in finali iuditio & dãnandũ Consistit aũt charitas in amore, quo deus debite diligit, & tota sua fabrica, & sic stat in delectabili obseruãtia mãdatorũ. Primo ꝙ deus diligatur ex toto corde, ex tota aĩa, & etiam tota mente. Ex toto corde, ut correspõdenter ad deũ patrẽ, homo diligat debite quantũ sufficit sup oĩa deum suũ. In tota anima, ut correspõdenter ad deum filiũ, ꝗ est forma uel uita, diligat in omnibus actib. quãtũ sufficit deum suum. Et tertio ꝙ diligat in tota mente, correspõdenter ad spm̃ sanctum, de dei seruitio debite & continue cogitãdo. Et nos miseri lapsi seruamus satis exiliter hoc mandatũ, licet sit primum & maximũ. Secũdum aũt mandatum simile est priori, ut diligamus totam dei fabricam, & specialiter proximos ut nosipsos, hoc est uolendo illis bonũ uolitione effectuali, ut ipsos debemus in casu consimili nobis uelle. Et in isto cõsistit obseruatio oĩm mandatorũ secundæ tabulę. Et in ĳs duob. mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ. Et licet omnes fingimus ꝙ obseruamus mutuã charitatem tamẽ facta & uita cõtraria, ostẽdit oppositũ. Plus .n. factis nr̃is ꝙ̃ nudis sermõib. debet credi. Et incipiẽdo a trib. mãdatis primę tabulę supponamus ꝙ idẽ sit deũ diligere, & diligere legẽ suã. Et patet hoc ꝙ idẽ est lex dei & ipse deus Similit' Io. xiiĳ. dicit ueritas. Si ꝗs diligit me &c. Et multa alia sũt dicta similia ĩ scriptura, ex quib. cõuĩcit, ꝙ idẽ ẽ deũ diligere & diligere legẽ suã, Isto aũt supposito uideamus, si

Charitas quid sit: et in quo cõsistat.

Idem est deum diligere/et diligere legẽ suam.

Dilectio dei ex trib. couinci pōt

mus, si legem dei infimam magis diligimus quam legē creatam, uel alias creaturas, quod conuinci potest ex legis attentatione & eius obseruatione, & ex legis defensione. Nonne ignorando & contemnendo legem dei afficimur legibus homiuum & alijs creaturis? Nonne plus diligimus alia ad quæ plus attendimus? Quis quæso est, q non magis appretiatur suum commodum in scientijs lucratiuis quam attentionem & obseruationem sedulā legis dei, quod repugnat manifestissime charitati, cum Aposto. ad hunc sensum dicat. i. Cor. xiij. quod charitas non quærit quæ sua sunt. Videamus ergo utrum uiator magis sedule solicitatur circa bonum proprium, quam circa obseruationem legis Christi, & cum constet oppositum patet, quod maior pars hominum est charitatis expers propter defectum obseruātiæ primi mādati & maximi, ꝙ si homo sic radicatus uel habituatus est in ista peruersa consuetudine, quis dubitat quin sit hæreticus? propter pertinacem defectum in huius legis attentatione ac obseruatione. Et si defensionem legis in superiorib personis attendimus, quis dubitat, quin tam seculares homines quam prælati, plus attendūt ad defensionem caussæ priuatæ, quam ad defensionem publicam legis Christi. Aliter enim ex omnibus uirib. suis destruerēt caussas quæ diminuunt uel sunt contrariæ isti legi, & tamen uidemus tam prelatos quam ciuiles dominos exaltare atq; defendere leges, & caussas hominū, legem domini postponendo, quia aliter non uideo quomodo lex ciuilis, uel caussa hominum tantam executionem & diligentiam pateretur, nam ex leuiori euidentia destruuntur quæ perturbant leges, aut prosp ritates hominum. Patet ergo ī diligentiori legis humanæ executione, quomodo præpōderatur legi dei in sua defensione, quomodo ergo sine fictícia dicit talis, quod diligit dominum deum suū ex toto corde &c? Reuera omnes uel plures religiosi priuati, sunt primi in ista preuaricatione in die domini inexcusabiliter cō

biliter condẽnandi, cũ omẽs quærũt quę sua sunt, & pro caussa propria ordinis laborant, uel pro solutione anxie usq; ad mortẽ, & caussam ac defensionẽ diuine legis prætermittunt. Ideo istę sectæ priuatæ priuãt suos cultores cõmuniter charitate. Christus tamẽ qui uoluit suę legis obseruantiã esse liberam, & sic plus beatitudinis meritoriam, non dedit nobis pro statu legis gratiæ pœnam sensibilem, pro præuaricatiõe legis peccatoribus infligẽdam, sed ex fide reliquit personam negligentẽ, finaliter infimũ grauius post diem iudicij cruciandã. Quomõ ergo nõ istæ tres uirtutes, fides, spes, & charitas hodie sũt proscriptæ? Nam pro timore pœnæ sensibilis statim prę uaricantibus legis homini infligendæ, sunt ipę leges diligentius obseruatæ. Ideo fides, spes, & charitas in legis domini obseruãtia, sunt sopitæ, cum nemo potest cõuincere ratione, quare duobus eligibilibus ꝓpositis, homo unum prosequit̃, & aliud dimittit, uel non ita sedule obseruat, nisi illud postpositũ uel nõ amat penitus, uel minus diligat, & sic est de mundũ diligẽtibus siue carnẽ, q̃ ad dei dilectionẽ. Et sic istæ tres uirtutes theologicæ refrigescunt. Quis quæso in Scotia propter legis libertatem, & priuilegia regis Angliæ non letanter pateretur, si cũ hoc foret securus, q͛ integer & uiuax rediret in Angliam ꝓportionabiliter ad punitionẽ regis Angliæ præmiandus? talis inq; gratanter recipet tribulatiões in Scotia, pro spe præmij in Anglia cõsequendi. Et multo magis tribulatus in ualle huius miseriæ, & transferẽdus ad locum patriæ, stante fide, spe, & charitate certaret uiriliter pro præmio beatitudinis cõsequẽdo. Cum certi sumus ex fide, qđ oportet nos a Scotia recędere, & correspondẽter ad gratitudinẽ pro passione tribulationis cœlestis Angliæ perpetuo præmiari, uel pro ingratitudine ꝑpetuo cruciari. Stantibus autẽ istis uirtutibus, non subest aufugiũ excusandi, ideo certũ est, q͛ sicut secũdũ philosophos tam uirtutes morales, q̃ uitia eis opposita sunt

connexa. Sic est de istis tribus uirtutibus theologicis, & suis oppositis sentiendũ.

CAPVT IIII.
De Peccato.

ALITHIA. Cõtentor frater mi Phronesis de ista sententia & consydero, q pauci uiantes sunt istis uirtutibus decorati, quin potius q̃ suis uerbis superaddant mendatia, sunt tamẽ heresi, apostasia, & blasphemia deturpati. Et quomodo cũq; fuerit de excusatione clamosa hominum quo ad tẽpus, oportet q finaliter ad regulam iudicentur. Sed unũ breue dubiũ super quo parũ mussito, rogo q detegas mihi clare. Cõstat quidẽ secũdũ philosophos, q uirtutes & uitia contrarie opponũtur, Nũquid ergo his tribus uirtutibus theologicis est dare peccata cõtraria? que ut uirtutes sunt psequẽdæ, sint ecõuerso pportionalit̃ detestãda PHRO. Videtur mihi, q peccatũ dictũ formaliter, non sit uirtuti contrariũ, quia tunc foret creatura, & res positiua, sicut sũt omnes habitus, qui sicut sũt qualitates, sic sũt necessario creature, & ita nõ foret peccatũ, nisi fuerit a deo bono creatũ & æternaliter ordinatũ, qd' est contra fidem Euãgelij Ioan. primo. Sine ipso factũ est nihil. Et uidetur mihi ulterius q peccatũ dictũ formaliter, nõ priuatiue ꝟtuti oppõit̃, quãuis ĩferat necessario priuationẽ gratiæ. Et ratio est ista quia iustũ est & decretũ a deo qd' hõ priuetur dei gratia pro peccato, sed nullũ pctm̃ dictũ formaliter est iustũ aut decretũ a deo, ideo nullum pctm̃ dictũ formaliter potest dici priuatio, sed priuationẽ precedentem ex dei iuditio antecedit. Vnde scrutãdo Categorias Aristo, non inuenio q peccatũ de quo scriptura loquitur, directe in aliquo decẽ generꝶ cõtinet̃. Vnde secũdum Augusti. nõ habet caussã effitientẽ, sed deficientem, quia cũ fides Euãgelij dicit, Ioan. viij. Qd' omis ho

Peccatũ formaliter dictũ nõ est virtuti cõtrariũ, sed opponitur virtuti.

om

mo qui facit peccatũ, seruus est peccati &c. Et Aposto. meminit de lege peccati, & sic de alijs positiuis denoīa/tionibus, q̃s optet cōsequi ad peccatũ. Ideo seruata ęqui/uocatione, oportet descēdere scd'm sensus ęquocos. No tando primo q̄ pctm̃ nunc accipit̃ formalit̃ pro defectu, & ille defectus nō est priuatio, sed ip̄m præcędēs, nec est ip̄m uitiũ, sed ip̄m originās. Sed p̄ter pctm̃ dictũ forma liter, q̄ nec est culpa, nec reatus. Peccatũ aliq̄n accipit̃ p̱ hostia pro peccato, & isto mō Christus dicit̃ pctm̃, ut pa tet. ij. Corinth. v. Et in lege ueteri sacerdotes dicunt̃ co/medisse pctā populi, & q̄nq̧ accipitur pctm̃ pro subiecto peccāte. & ultimo accipit̃ pctm̃ pro pœna debita p̱ pctō Et sic q̄ttuor modis pctm̃ sumit̃ satis æquiuoce. Defice/re autem est uerbum absolutũ, & ideo competit pctō q̄ a subiecto suo exorit̃, & in subiecto suo finaliter terminat̃ Vitiũ ergo, priuatio, pœna, culpa & reatus distinguunt̃ a pctō formalit̃ intellecto. Et adhuc est penuria uerborũ qua dicimus qd' pctm̃ sic formaliter est acceptũ, quia po tius diceret̃, q̄ difformiter, alias deformabiliter, si usus loquendi admitteret. Dicit̃ aũt q̄ multæ sunt sp̄ēs pctī, accipiēdo pctm̃ pro habitu, uel forma positiua. Sed acci/piendo ip̄m pro deformitate, uel defectu peccātis, sic nō est per se, uel per accidens in genere, sed per reductionē. Et ut dicit̃ cōiter in gn̄e q̄litatis, cũ sit defect⁹ gratiæ. q̄ q̄litas dicit̃ sicut uirtus. Priuatiōes aũt, ut cœcitas, tene bra, & similia sũt in cathalogo creaturæ, ideo aliter pec/cata sunt p̱ reductionē in genere, & aliter priuationes hu iusmodi. Verũtamē sicut pctm̃ dicit̃ esse ens ad sensum æquiuocũ, ita dicit̃ esse bonũ, cũ Grego. uocat necessariũ Adę pctm̃ & culpā fœlicē, cũ occasione accepta per dei gr̄am multũ p̱dest. Nec deus posset pctm̃ sinere esse, uel fieri, nisi p̱ accidēs multũ p̱ficeret, quia si pctm̃ est, tunc deus punit illud, & per cōsequēs eius iusta punitio mul/tum p̱dest. Et ita dicit̃ deum uelle pctm̃, quo ad esse suũ secundũ q̄ est occasionaliter p̱ficere. Pctm̃ tamē dicitur

Sacerdotes co/medũt pctā po/puli.

Adę necessariũ pctm̃ et felix cul pa quomō intel ligitur.

Deus uult pec/catũ quo ad esse suum secundũ.

ſatis æquiuoce habere eſſe ſecundũ ꝙ illud eſt eſſe bonũ, quod conſequitur ad deeſse, & ita quamuis tam deus ꝗ creatura uelit peccatũ ſic eſse, & ſic prodeſse, non tamẽ eſt iuſtum deum uelle hominem peccare, uel in hoc homini complacere, quia tales prędicatones dicũt eſse primum peccati, uel ſuum deficere. Pœnę autẽ cũ ſint iuſtę & inflictæ a deo, debent eſse uolitæ, & etiã ipſum diabolum oportet uelle ſuam damnationẽ, cum ſit cauſſa iuſta tãtum mũdum pulchrificans, etiam ſemetipſum. Cum ſecundum Auguſti. ſi remaneret peccatum aliquod inpunitum, deturparetur uniuerſitas, non æque primo ſecundum ſe totum, ſed ſecundũ partem peccãtem. Ideo oportet concędere, ꝙ pœna inflicta, ipſam partẽ pulchrificat, ſicut eſt iuſte & pulchre punita a deo, & ordinata iuſtiſſime ita pati. Et ita ſi diabolus per impoſsibile eſset poſitus in adeptione, ꝙ peccatum ſuum maneat inpunitum, uel ꝙ ſic puniatur ad regulam, ipſe debet ſecundũ eligere, ꝙ ſi non poteſt, tunc inſolubiliter eſt damnatus Multipliciter tamen dicitur pœna peccati, ut aliqua eſt pœna damni, & aliqua pœna ſenſus. Pœna autem damni eſsentialiter conſequitur ad peccatum, ut ſi creatura peccat deo, de tanto eſt ſibi deacceptata, cum deus approbare nõ poterit, ꝙ ſic peccet, niſi deus poteſt eſse indifferens cum ſit omnipotens. Et ut dicunt philoſophi cum ſibi ſit cura de omnibus. Ideo relinquitur, quod eo ipſo, quod creatura dei peccauerit, de tanto deus eam deacceptat, uel odit, nec dubiũ quin illa deacceptacio uel odiũ, eſt infinitum grauior pœna, quam aliqua pœna ſenſus, cum Chriſtus paſsus fuit maximã pœnã ſenſus, & propter malitiam pœnæ, non poterit pati huiuſmodi pœnã damni, ideo poſitus in adoptione, potius eligeret quãcunqꝫ pœnam ſenſus infligendã, quã huiuſmodi aliquã pœnam damni, cum illa non poteſt ineſſe, niſi pecatum cauſſaret ipſam. Et peccatũ eſt infinitũ peius, ꝗ aliqua creatura, cum deus approbat tam pœnã ſenſus, quã pœnam damni. Sed deus approbare nõ poterit, qđ quis pec

Diabolũ oportet uelle ſuã damnationem.

Peccatũ eſt infinitũ peius quã aliqua creatura

cet, quia tūc hō deberet peccare & nō peccare. Et ad cō/
munē instantiā qua sic arguit. Verū est qđ Petrus pec/
cat, & oēe uerum est a deo cognitū atq; uolitū, ergo est a
deo uolitū q; sic peccet. Dicit q; cōsequētia nō ualet, sed
bene sequit, qđ illud peccatū est a deo uolitū, de quanto
est a deo uolitum, q; sit punitū & prosit ecclesię. Et illud
uocat esse secūdū peccati, qđ deus uertit in bonū. Vnde
q̄uis Petrū peccare, & peccatū Petri sit idē, tamē ,ppter
uariationē significatiōis concędit, qđ peccatū Petri pla
cet deo, & negat q; placet deo, q; Petrus peccet, uel Pe/
trū peccare, & ita concędit q; sicut peccatū debet puni/
ri, & multis ,pficere ad eius detestationē, & cōsolari bo/
nos, qđ ex gratia dei a tali miseria sunt saluati, ita etiam
peccatū debet esse, quia quo ad istud esse secundū, quod
est prodesse, & tñ ip̄m peccatū non debet informare suū
subiectū, q̄ ad esse suū primū, quia tunc creatura deberet
peccare. Et q̄ ad obiectionē cōmunem, captis oīibus in
stantibus ad primū peccatū, si ista sunt, tūc creatura pec
cat. & istā consequentiā deus uult esse bonā, cum aliter
nō posset esse sic necessaria, & deus uult antecędēs, cum
non sapit peccatū, ergo uult cōsequens, & per cōsequēs
sic uult, qđ peccet creatura. Dicit ut prius, q; deus uult
consequens, qđ est primū peccatū, quia uult ip̄m quo ad
esse suū secundū, & tamen non uult qđ creatura peccet,
quia licet magnis uidetur probabile, q; sicut deus appro/
bat & necessitat ad peccatum, sic necessitat creaturam
peccabilē ad peccandū, cum oīs caussa necessitans sit
a deo, & deus facit misericorditer cū dānatis, & habent
bonū esse, sic qđ ipsis positis in adoptione esse sit bonū,
foret eis utilius & eligibilius q̄ non esse, cū esse suū natu
rale sit bonum, & non esse, non potest habere rationē eli
gibilitatis. Ego autē non audeo adhuc sententiā istam as
serere, uel ad peccandū hominem incitare prædicando,
qđ est deo beneplacitum & ordinatū sibi pro præmio q;
sic peccet.

CAPVT V.

Quomodo peccatũ ueniale & mortale distinguunť

ALITHIA. Frater mi Phronesis, ꝙuis tractatus illius materię posset placere scholasticis, qui desyderant sophisticationes euadere, & ꝓpter inanem gloriã alios capere in sermonę Videť tamẽ mihi, ꝙ bonũ est in istis sobrie sapere in mẽsura, ideo optarem qđ nos ad aliam materiã trãsferamꝰ. PHRONE. Delector modicũ in ista materia, sed credo ꝙ necesse sit mũdo senescente, & multiplicatis falsis fratribus gloriantibus inaniter de sua uacua sophistria, qđ aliquid dicať acutius cõtra illos. Et iterũ cũ oppositorũ eadẽ est disciplina, & quilibet fidelis qui debet delectari in sermone de uirtutibus, debet ut sic delectari in tractatu de uicijs uel peccatis. Et iterum, quis fidelis dubitat, quin pctã sint detestanda, & a catholico fugiẽda? & constat, ꝙ multi putãt mala pctã esse bõa & laudabilia. Nec pctã fugi poterĩt, nisi præuię cognoscanť, ideo sermo de peccatis est necessarius, cũ fides scripturæ ipsum explicat. Si ergo tractatus de infinito & uacuo fuerit necessarius philosopho naturali, non ꝓpter philosophiã directe fundatã in illis, sed ꝓpter errores in illa scientia destruẽdos, quãto magis in moribus, expedit tractare de uicijs, uel peccatis, propter rectitudinem & honestatem in uirtutibus conseruandam. Ideo uidetur mihi expediens de peccatis parum amplius pertractandum. Et primo de distinctione inter peccatum mortale, & ueniale, quæ distinctio rotatur cõmuniter in ore uulgarium & prælatorum, qui melius sciunt pro peccatis pecuniam extorquere, quam a culpis mundare, uel inter mortale, & ueniale (de quo frequenter balbutiunt) iudicare. Quia autem iste terminus uulgaris non fundatur expresse in fide scripturæ quantum consydero, ideo uidetur licitum

Distinctio inter mortale et veniale peccatũ.

limitare significationes illius, secundũ qđ magis conue/ nit in scriptura. Potest autem peccatũ dici mortale, qđ dignum est morte, secundũ puniri ex arbitrio dei nostri. Et sic solum peccatum finalis inpœnitẽtiæ (quod est pec catum in spiritum sanctum) proprie est mortale. Quod/ cunq̃ aũt aliud peccatum, cum sit dignum uenia, põt di ci rationabiliter ueniale. Sed quia peccata actualia, quę extinguunt gratiam secundũ præsentem iusticiam, sunt nobis in limitibus suis incognita, ideo uidetur quod de/ bemus nos seruare in limitibus nostræ noticiæ, & non ul tra q̃ noscimus superbire. Et patet ex isto ꝙ ignoramꝰ, ꝙ peccatũ sit ueniale in nobis uiantib. & quod mortale, ideo debemus quodcunq̃ pctm̃ fugere, cum generaliter cognoscimus peccati periculum, & eius grauedinẽ igno ramus. Potest aũt quodcunq̃ peccatum dici, ingratitu/ do peccantis, quia consyderãdo gratitudinẽ dei, contra quem solũ peccatur, hoc est, nõ peccatur contra aliũ ni/ si peccetur principaliter contra illũ. Potest fidelis cõsy/ derare peccati grauedinẽ, ipse.n. fuit infinitũ gratus ho mini, cũ sua gratitudo, non potest limitibus finitis men/ surari. Et cum in quantum gratitudo est maior, ingrati/ tudo peccãtis contra illam est grauior, uidetur quod om ne peccatum habet rationem grauedinis infinite. Simi/ liter, ut loquar scđm politicos, inquantum dñs, contra quem peccatur est altior, intantum peccatum commis/ sum cõtra illum est grauius, sed deus est infinitum mag/ nus dominus, ergo peccatum contra illum cõmissum ꝓ portionabiliter est graue. Similiter ut malum est plus de testabile, est proportionabiliter magis malum, sed om/ ne peccatum uidetur esse infinitũ detestabile, & per con sequens ita malũ. Nam ꝓportionabiliter ut deus est ap/ petibilis, est peccatũ fugibile, cum mutuo correspõdent, sed deus est infinitum appetibilis, ergo peccatum est in/ finitum fugibile, & sic malum. Non enim propter bonũ finitũ uel infinitum, deberet quis peccatũ committere, unde ut

Peccatum mor tale.

Ueniale.

Nullus debet committere pec catum propter bonum quod cumque.

unde ut loquar tanquã logicus hodiernus pono, quod diabolus promittat homini ſub conditione quod peccet, certum bonum, in prima parte proportionabili illius horæ, & in ſecunda parte in duplo maius bonum, & ſic infinitum. Et credat ille homo ſub conditione, ꝙ ſi peccet, habebit certitudinaliter illud bonum, & tunc probatur, ꝙ propter nullum tale bonum promiſſum, quantumcũque leuiter debet peccare, quia ſi peccare debeat, peccet propter bonum huiuſmodi. Et patet ex caſu, facit ut debet, & nemo peccat in faciendo ut debet, ergo homo datus non ut ſic peccat conſequens contra datum. Ideo certum eſt, quod propter nullum bonum, etiam ꝓpter deum, quantumcunqꝫ leuiter eſt peccandum. Ideo deus nõ poteſt præcipere ut quis peccet, imo ſi impoſſibile deus præciperet homini ad peccandum, homo non deberet in hoc obedire deo, cum ageret laudabiliter a uita culpabili ſe ſeruando. Ex iſtis patet, quod peccatum habet rationem infiniti & uacui, & ex iſtis concludunt logici, quod peccatum eſt ita malum, ſicut deus eſt bonus, quia infinitum malum, & non magis deus bonus eſt, quam infinitum bonus. Et iterum poſitus in adoptione, etiã ut ſic deus peccatum non committeret propter illud, ideo quam bonum eſt eſſe deum, tam malũ eſt hominem peccare, Et ex iſto uidetur Anſh. dicere, quod propter infinitos mundos ſaluandos, non committeret homo uel leue mẽdatium, quia propter nullum bonum debet homo peccare, omne mendatium eſt peccatum, ergo &c. non propter infinitos mundos ſaluandos. PEVDIS. Quamuis uidetur tibi probabilitas in illa logica, tamen non potes euadere contraria argumenta. Si enim omne peccatum ſit infinitum graue, & nullum infinitum eſt maius reliquo, nullum peccatum foret grauius quam quodcũque. Similiter ſi omne peccatum ſit ita malum, ſicut deus eſt bonus, omne peccatum eſt irremiſſibile, & per conſequens, cum omnes nos peccamus, nullus noſtrum ſaluabitur.

uabitur. Sed nunquid tua stulticia facit ecclesiã desperare? Similiter pari euidentia, qua peccatum est æque malũ, sicut deus est bonus, foret aliud ęque magnũ, sicut aliud est paruũ, cum maior sit similitudo inter magnũ & paruum, quam inter bonum & malum. Sed da si audes, quod tu sis ita magnus sicut paruus, & nõ fingis quin per idem quælibet pars quãtitatiua tui, sit ęque magna sicut parua, & cum infinitũ parua sit aliqua pars quãtitatiua tui, sequitur quod proportionabiliter erit magna, & sic omne magnũ est infinitũ paruũ, & omne paruũ est infinite magnũ, quod certissimis demõstrationibus geometricis & ueritatib. per se notis uulgaribus contradicit.

CAPVT VI.

Penes quid attentatur peccati grauitas.

PHRONESIS. Video quod in materia Logicali multũ captiose es pronus arguere, cũ huc usque in materia solida latebas ut anguis, sed deus resistit tollendo faciliter argutias tuas sophisticas. Non enim uideo quomõ omne pctm̃, uel aliquod sit infinitum graue, quia tunc infinitũ graui pœna foret ex dei iusticia puniendũ, quod est impossibile, cum nulla creatura potest infinitũ grauem pœnam subire. Videtur tamẽ mihi quod omne pctm̃ potest dici quodãmodo infinitũ, non quo ad molem, uel uirtutẽ, cum nulla talis quãtitas sibi inest, nec quo ad grauedinẽ, cum nullũ pctm̃ a deo sit puniendum. Sed pctm̃ dicitur ĩfinitũ quodãmodo priuatiue, hoc est pctm̃ caret fine laudabili gratia cuius deberet fieri. Nihil enim in mũdo habet finem huiusmõi, nisi deberet fieri gratia dei finientis quodcũque opus laudabile creaturæ. Sed nec homo debet peccare, nec peccandũ est finaliter propter deum. Concędo tamẽ quod bonũ inexistens pctõ, est finaliter propter deum, sed primũ esse peccati deficit, ideo non est finaliter propter deum, Et patet in parte solutio ad tuã

Quomõ pctm̃ dicitur malũ infinitum.

primam instantiā. Ad secundā dicitur, ꝙ petendo falsū assumis, cum non potest esse proportio æqualitatis inter bonitatē dei, & malitiam peccati, cum illa non possunt taliter comparari. Hoc tamē bene cōcluditur, & debet concędi, qđ ad deletionē uel remissionē peccati requiritur potētia infinita, quia impossibile est aliquē peccare, nec peccet principalit̃ cōtra deū, & ꝑ cōsequens oportet ipsum magnū deum primo remittere, si ratiōabiliter debet tolli, & ipse deus est potentiæ infinitæ, ergo conclusio. Nam deo remittēte peccatū, quilibet seruus suus nō potest a remissione simpliciter resilire, & sic non intēdo homines mouere ad diabolice desperandum, sed potius ex infinitate misericordię dei, ex dolore & satisfactione peccati in deo cōfidere & sperare. Ad tertiam instantiā tollebam eam diffuse, quādo fui Logicus, & nunc tollo concędens, ꝙ sicut nullum pctm̄ est ita malū, sicut deus est bonus, sic nihil est ita magnū, sicut ipsum est paruū, & e contra. Et sic de alijs priuatiue oppositis, quia ꝓportio æqualitatis requirit cōuenientiam generis in rebus cōparatis. Sed magnitudo & ꝑuitas nō sic cōcordant in genere, concędo tamen, qđ talia possunt analogice comparari, ut tam magnitudo, quā paruitas caussat̃ a deo, & principalius magnitudo ꝙ̃ paruitas, cum deus nō adeo appręciat̃, uel diligit paruitatem. In istis tamen cōparationibus non est rationabilis ꝓportio expetenda, & tollitur tertia tua instantia. Sed adhuc mussitas, penes quid attendi debeat grauitas peccati, cum peccatum (ut ante dixi) sit ratone magnitudinis domini infinitum. Hic tamen respondeo tibi concędendo, qđ peccatū quodlibet est ad sensum expositū infinitū, etiam ratione magnitudinis potentiæ domini, si deleri debeat, requiritur potētia infinita. Peccatū autem est eo grauius, quo pœna pro ipso debita foret maior, quod est solius dei cognoscere. Scimus tamen qđ omē peccatū finalis impœnitētiæ, est puniendū pœna perpetua, sed non infinita intensiue, & sic

Ad remissionē peccati requiritur potentia infinita.

Penes quid attendatur peccati grauitas.

sic peccatũ prædestinati annuale, & peccatũ præsciti horale sunt infinitum dispariter punienda, cum primũ & si uideatur grauius quo ad genus, & secũdũ licet uideatur leuius quo ad genus, habent concomitantias dispares a suis finibus limitatas. Vnde non intelligas sic erronee, qđ una pars quantitatiua præsciti, sit pœna perpetua punienda, & alia pœna propria, uel intẽsiue, uel temporaliter mensurando. Sed oĩa peccata præsciti simul sunt una pœna perpetua punienda. Et sic peccatũ Saul fuit infinitum grauius, quo ad pœnam, quã peccatũ Dauid, licet uideatur Dauid contra Vriam plus proditorie & grauius peccauisse, cum peccato Dauid adiuncta fuit pœnitentia, quæ defuit in Saule. Et sic taxantes peccatorum grauedinẽ secundũ quantitatẽ pœnitentię spoliandę, ignorãt uoces ꝓprias, cũ nemo nisi forte certificatus per reuelationẽ cognoscat, si pc̃tm̃ ex dei gr̃a, & satisfactiõe debita remittet. Et sic de peccatis p̃teritis peccatorũ sup̃stitũ, sicut ignoramus fines, sic eorũ grauedines & pœnas rõnabiliter iniũgendas. Possumus tñ iniũgere pœnitentias occasioni pcti oppositas, & a peccatis hmõi distractiuas. Quanta aũt debet esse pœna in grauedine, uel tempis quãtitate, ignorat etiã Papa. Ideo ut dicam inferius, oĩs peccator sup̃stes, debet de misericordia dei cõfidere, & deletionẽ sui criminis sperare, & sic quantũ sufficit a peccato desistere, & bonũ facere, iuxta illud psal. Declina a malo & fac bonum &c. Tunc eñ desyderat in patria uidere dies bonos. Et patet ꝙ ꝓportiones diuisionis pœnarũ, secundum tertiam partem, quartam, & sic de alijs, sunt fabulę hęretici ideotę. Non tamẽ uidet̃ mihi, qđ aliquod peccatũ dictũ mortale in hoĩe fructuose finaliter pœnitẽte sit dignum pœna perpetua, quia ꝙ deus decreuit remittere, non est aliter puniendũ. & dignũ est, qđ omni quaꝗ stat suum iudicium. Nec placet mihi concędere, quod hoc peccatũ sit dignum pœna perpetua, & tamen est dignum, qđ solum temporaliter

Peccatũ pręsciti et pręde stinati

Peccatũ Saul fuit graui⁹ quã Dauid quo ad poenam.

Contra karenas et partes poenarum.

puniatᷣ, ita qđ ſit dignitas ad cõtradictoria, quia ſic tolleretur diuina iuſtitia. Nec ſequitᷣ, iſtud pctm̃ eſt dignũ puniri perpetuo, imo de facto ſic punietᷣ, niſi aſſit diuina miſericordia, ergo eſt dignũ ut taliter puniatᷣ, uel ipſum eſt dignũ ſic puniri, quia ſic om̃e pctm̃ quantũcũq; foret ueniale dignũ infinitũ grauiter puniri. Et quia niſi aſſit dei miſericordia, taliter punietᷣ, ideo iſta communis diſtinctio, q̈ aliq̃ eſt dignitas, uel peccati grauitas, aut meritorũ dignitas ſecundũ p̃ſentem iuſtitiam, & aliq̃ ſimpliciter capit calumniã, cum ſequitᷣ. Si iſta ſit dignitas ſcđm p̃ſentem iuſtitiã, ergo modo eſt dignũ & iuſtũ, ut apud ſummũ iudicem ita fiat, & per cõſequens nõ eſt dignum aut iuſtũ, q̈ cõtradictoriũ ſuũ adueniat, quia tunc cõtradictio foret uera. Cõcędi tamẽ debet, q̈ multi pręſciti ſunt in gratia, ſecundũ p̃ſentem iuſtitiam, & multi prædeſtinati peccant grauiter ſecundũ p̃ſentem iniuſtitiã. Præſciti tamẽ nunq̃ ſunt in gratia finalis ꝑſeuerantiæ, ſicut nec p̄deſtinati ſũt finaliter obſtinati. Et in iſta materia oportet recolere quomõ deus ad cuius dilectionem, uel odium taxatur pœna, uel præmiũ. Neminẽ poteſt nouiter diligere, uel odiſſe, per hoc em̃ cognoſcitᷣ, q̈ præſcitus infinitum grauius peccat, q̃ p̄deſtinatus, nec ſunt partes in gratia uel peccato.

Deus neminem poteſt nouiter diligere vel odiſſe.

CAPVT VII.

De Gratia.

ALITHIA. Videtur mihi frater Phroneſis, q̈ iſta ſententia ſit inſolita & ꝓfunda. Sed rogo dic parum amplius, ſi pctã redeunt, ut in iſta materia quidã dicunt, & in quo differũt gratia prædeſtinationis, & gratia ſecundũ præſentẽ iuſtitiam. PHRO. In prima materia dicitur, q̈ apud notitiam illius dubij requiritᷣ ſcire penes qđ capi debeat indiuiduatio pctõrum. Et uidetᷣ q̈ pctã ſicut formę poſitiuę, indiuidua

Peccati indiuiduatio.

indiuiduari debeant ab efficiente a tempe, & a subiecto. Efficiens est diabolus, uel causa creata obiectiua, ex qua peccans occasionē sinistre accipit ad peccandū. Temp⁹ autē est mēsura tēporanea, in qua quis incipit peccare, aut pctm̄ continuat plus, aut minus, Subiectū autē peccati est creatura sic peccās. Sed alio modo indiuiduatio peccati capit̄ cōmunius a forma quę efficit et a subiecto licet tēpus sit aliud. Et tunc dicit̄, ꝙ in præscitis omnia peccata redeūt quæ peccauerūt. Imo quicunqꝫ reiterauerit idem pctm̄ in specie, licet pctm̄ iterū sit deletū cōtritione, idem pctm̄ dicit̄ redire, & homo in ipm̄ incidere, uel recidiuare, cū pctm̄ sit idem formaliter in subiecto, & sic puniet̄ recidiuans pro pctō p̄terito, cum ipm̄ dat occasionē, ut in pctm̄ posterius incidat̄. Nota tamē ꝙ habitus uitiosus peccati distinguit̄ ab actu, cum remaneat actu tēporaliter pereunte, & defectus distinguit̄ ab habitu, cū non assistente tali habitu uitioso, remaneat defect⁹ iustitiæ, ideo sæpe dicit̄ peccata redire, cum nunqꝫ defecerant, sed cōtinuo assistebant, ut patet in p̱sonis non cōtritis, sed in uolūtate peccandi p̱manētibus. Vnde dolor imp̱fectus hoīs de pctō, uocat̄ attritio, & dolor perfectus dicitur cōtritio, quæ dicit̄ tunc solum inesse, quādo tantum disponit hoīem ad bonum uirtutis, quantū peccatū prius indisposuit ad malū uicij. Qꝫ sicut solius dei est cōcędere, sic solius dei est p̱fecte cognoscere. Petrus autē ex negatiōe Christi fuit cōtritiōe dispositior, humilior, atqꝫ solidior ad cauendū pctā, quā fuisset cæteris parib⁹, si non in illam blasphemiā incidisset. Ideo dicit Augustinus, ꝙ multis homībus prodest per accidens, in multa peccata enormia incidisse. Et uidetur ꝙ præscitus, licet uidetur cōtritus, deficit tamē cōmuniter a contritione, & per cōsequens a peccati cōmissi deletione, licet p̱posi tum, & actus peccati sui ad tempus deficiant. Defectus enim quo præscitus in cōparatione ad contritū, in dispositione deficit, est peccatū remanens perpetuo in præsci

In p̄scitis oīa pctā redeūt quę peccauerunt.

Habitus uitiosus et actus differunt.

to. Ideo iustum est qđ illud peccatũ perpetuo puniatur, cum aliter remaneret peccatum aliquod impunitũ. Ideo blasphemantes in deum de nimis leui ꝓnunciant, qđ repugnat diuinæ misericordiæ atq; iustitiæ, ꝙ quis ꝓ peccato momentaneo perpetuo puniatur. Non enim distinguunt inter actum & uitium, & omino non inter uitium & defectum, non eñ consyderant, ꝙ talis perpetuo deficit ab ordine quo seruire debet ꝑpetuo deo suo. Sicut eñ ab illo deficit, sic necesse est, ꝙ pœna essentiali perpetuo puniatur. Nec dubium, quin pœna actualis ex hoc consequitur, cum habet dolorem uel displicentiã, qđ tam negligenter peccauerat. Et patet qđ prælati concedentes indulgentias cõmuniter blasphemant in dei sapientiã, quia stulte & cupide prætendũt se noscere materiã, quã ignorant. Quantũ ad secundũ dubium patet, qđ nimis multa schola Theologorũ intelligit de gratia, ꝙ sit una spiritualis qualitas, quæ poterit per se esse, sed illis cõfidenter denunctio, ꝙ non fundabunt talem gratiam, sed præter illam si ponatur, oportet dare acceptationẽ diuinam, sine qua talis ficta gratia non ualet. Et cum illa acceptatio diuina sine tali ficta priori sufficiat, uidetur onerosum & blasphemũ talẽ gratiã sic false fingere. Ex parte autẽ dei est acceptantia, quæ potest dici etiam gratia, & ex parte creaturæ est passiua acceptatio, & sic quidam intelligunt illud Iohãnis. i. De plenitudine eius nos oẽs accepimus, gratiam pro gratia. Nam pro acceptãtia diuina, & spiritualiter in humanitate Christi, nos omnes prædestinati accepimus gratiã, qua sumus finaliter grati deo. Et uidetur mihi, ꝙ gratia ista, quæ dicitur prædestinationis, uel charitas finalis perseuerantię, non potest a quoquã excidere, quia si excidit, non est illa. Gratia autem præscise secundũ præsentem iustitiam, est acceptatio, qua deus acceptat hominẽ, non ad pœnam perpetuam, ut præsciti quãdoq; uiuunt talem uitam, ꝙ deus illã uitã nõ imputat ad dãnationem perpetuã, & talis gratia

Prælati cõcedẽtes indulgẽtias blasphemant.

Gratia quid sit

Johannis. i.

Grã prędestinationis.

mane

manebit in deo perpetuo, & in homine solummodo quo ad tempus, cum sit illum hominem sic esse in uita dispositum, ut deus eam non imputet ad damnationem, quod manet per tempus nimis modicum in praescito. Et talem gratiam subiectatam in anima, dicitur deus infundere, & sic de multis alijs loquutionibus, ratione quarum necessitati sunt multi ignorari, in errores multos incidere. Ista autem dispositio cum sit propinqua amicitiae, dicitur ad aliquid, & cum potest rationabiliter dici qualitas, ut uirtutes, quamuis secundum Aristotelem dicantur in homine relatiue. Dispositio enim talis gratiosa, habet rationem aliquam qualitatis. Et patet quod sicut praedestinatus, non potest a charitate tali uel gratia excidere, sic praescitus non potest in illa charitate uel gratia perpetuo perdurare, quia si oppositum contigerit, non est illa. Et patet quod uanitas nostrorum loquentium, qui ponunt quod gratia talis datur homini non de necessitate absoluta, si pene saluabitur, sed datur de congruo, ut facilitet hominem ad merendum. Totum quidem hoc est falsum, & stultius quam error Pelagij. Et conformiter despiciuntur casus impossibiles, quibus ponitur quod gratia finalis perseuerantiae, seruetur ex dei omnipotentia in praescito uel damnato, etiam usque ad diem iuditij, uel quod maneat in lapide informans ipsum, uel quod eius informatio in homine disposito ad gratiam suspendatur. Et sic de infinitis alijs fictionibus friuolis, quibus error de eucharistia, profundatus in alijs materijs nocet scholae. Nec memini aliquos de sanctis doctoribus ante tempus, quo diabolus est solutus, sic loqui de gratia, sed error eucharistiae post solutionem Satanae, plures in haereses alias captiuauit. Ad tantum enim balbutiunt illi grossi Simoniaci, quod putant emi uel uendi gratiam, sicut bos uel asinus posset emi. Et sic mercantur cum emptione ueniae & deletione peccati, cum diabolus utitur errore scholastico, ad haereses in moribus inducendos, Et sic seducitur schola hodie circa casus in quibus

Contra Simoniacos.

bus ponitur, quod deus inducat gratiã successiue, & successiue educat pc̄tm̄, sic quod gratia & pc̄tm̄ pro instanti aliquo coæquentur. Gratia enim prædestinationis sicut finalis reprobatio non possunt inesse homini, nisi plene infuerint pro instanti, cum nõ possunt habere partes huiusmodi, nisi gratia scd'm præsentẽ iustitiam. Nec pc̄tã secundum prẹsentem iustitiam possunt inesse homini, nisi plene infuerint & subito pro instanti. Ideo cum circa possibilia debet esse doctrina, ad quid facit diabolus suos discipulos circa impossibilia euagari?

CAPVT VIII.

Omnia eueniunt necessitate absoluta.

PSEVDIS. In omnibus istis consydero, quod fingendo infundabiliter concoeptum propriũ extraneas a modernis, & ad tantum dilaberis, ꝙ ponis, nullum præscitum, deum posse saluare. Sed quẹ maior hæresis? PHRO. In ista materia utor terminis sicut usi sunt doctores antiqui, moti ex rationibꝰ & scriptura. Moderni autem qui baptisant terminos secundum sua arbitria, uix fundantur in isto silogismo topico, qui multos decipit. Curia Romana uel doctores q̄s approbauerat sic loquũtur, ergo uerum, Sed reuera non magis sequitur, quam si diaconus est comptus, tunc est luxuriosus, cum prædicti homines infundabiliter multa fingunt. Ideo oporteret attendere ad fundationis radicem, & inuenta illa necessario stabili fundamento euidẽtias topicas, quales decipiunt nimis multos relinquere, & in fundamento necessario, ac sequela indubitabili expectare. Sed quo ad lapsum meum de necessario, recolo me dixisse in libro primo, quod omnia quæ euenient, absolute necessario euenient. Et sic deus non potest quicꝙ producere uel intelligete, nisi quod de facto intelligit & producit. Sed puia quondam defendi constanter huius

opposi

oppositum, nec claret adhuc mihi demõstratio quæ hoc probat. Ideo utor cõmuniter hac cautela, mihi ꝓposito tanq̃ possibili uno, qđ non est de facto. Suppono hoc tan quã possibile, si deus uoluerit. Sed quia non scio, ꝙ deus determinauit oppositũ, & scio ꝙ multa sũt de facto, quorum dubia & sententias ignoramus. Ideo ne euagemur supflue in incerto, uellem ꝙ tractaremus de ỽitate possibili, quæ est de facto, cum multas tales culpabiliter ignoramus. Veritas enim magis fructuosa deberet primo cognosci, & specialiter dubito, utrũ unum fictum sit possibile, uel deus determinauit oppositũ, ideo expecto rationem in talibus, qua probaretur hoc esse possibile, siue uerum. PSEVDIS, Consydero quod tollendũ difficultates cõmunes, multa, media, subdola machinaris, sed tua ꝓpria sentẽtia te damnabit, cũ dicis ex habundanti cautela te supponere ita esse, Nihil autẽ est supponendũ, nisi possibile, & illi possibili posito & admisso, stat difficultas integra sicut primo. PHRONE. Non laboro circa ablationem cõmuniũ difficultatũ atq̃ utilium, sed uellem libenter abbreuiare uagationẽ ĩfructuosam, & eligere difficultates plus utiles ad tractandũ. Et hoc debemꝰ facere, ut clare sequitur ex principijs per se notis. Nec dixi qđ hoc dixi, ꝙ hoc debet supponi tanq̃ possibile, & admitti, sed dixi ꝙ hoc debet supponi esse possibile, si deo placuerit, cuius probatõne habita, uolo illud admittere, & postmodum procedere in arte obligatoria, in q̃ gaudes. Sed æstimo ꝙ nescis ꝓbare hoc esse a deo uolibile, & sic possibile. Et si fingis, ꝙ Sophista in arte obligatoria, scit hoc defendere tanq̃ possibile. Dicitur ꝙ omẽs tales argutiæ sunt friuole, ac si Sophista de euidentia desperaret. Sic em̃ capi posset, ꝙ homo est asinus, uel quodcunq̃ per se notũ impossibile, & assumi posterius, ꝙ in arte obligatoria Sophista posset hoc faciliter defendere, contra rationes cuiuscũq̃ moderni in oppositũ faciẽdas, quia si non, sit unus cõtentiosus iuuenis theologus sicut frater,

& admittat possibilitatem incarnationis asini de dei potẽtia, stante incarnatiõe hominis, & uideamus quas euidentias ponderabit, & sic est de omĩ noĩabili, etiam usque ad contradictionẽ, quam garrulus dicit se scire defendere. Et captato tempore supflue ad hoc improbandũ, euagabitur sophista in altercatiõe garrula, & tempus utrobique inutiliter expendet. PSEVD. Probo tibi per deductionẽ ad incõueniens, qđ fundamentũ tuum sit impossibile, quia tunc sequeret, quod in quodcũque potest deus, potest etiam creatura, cum potẽtia dei terminat finito maximo in quod potest, & nedum nemo potest melius facere quàm facit de facto. Sed nec deus potest saluare hominem nec iuuare, nisi de facto sic erit. Sed quid stultius? Cum .i. Periher. Arist. dicat esse possibile, pannũ lacerari, uel caput hominis frangi, quamuis non necessario ita erit. Quia aliter posset uitiosus prorũpere, faciendo quicquid uoluerit dicẽdo in fine, ut tu dogmatisas, qđ non possit se a tali opere cõtinere. Et si tu dicis qđ hoc male fiebat, uiciosus se excusat dicendo, quod capit ex tuo responso, qđ deus non posset esse, nisi hoc malum eueniat, & cessat omĩs positio uel depositio in arte obligatoria usitata. PHRO. Scio qđ Sophistæ Theologi isti sententiæ contradicent, sed uellem uidere euidẽtiam, ad istud efficaciter improbandum. Nam quãdo tu primo assumis, qđ sequitur ex isto, deum & creaturam in potentia coęquari, patet qđ falsum assumis, nisi forte sophisticando & ęquiuocando Christum deum & hominẽ, uocaueris creaturam. Nam deus potest uerbum & spiritum sanctum ad intra producere. Sed quæ pure creatura potest intantũ? Deus etiam producit uniuersitatem creatam, sed quid potest seipsum producere? Deus etiam producit animas, gratias, & tempora, sed quę pure creatura potest in ista? Ideo prima tua instantia satis faciliter tollitur a sophista, & sic potentia diuina terminatur in maximo infinito, in quod potest. Potentia autẽ creata terminatur finito maximo, in qđ potest

Deus et creatura non coequantur.

potest. Et quantum ad secundã tuam instantiã, potest dici probabiliter, qđ sicut deus non potest meliorem mundũ facere, sicut tu supflue euagaris. sic nemo posset melius facere quã facit, posset tamen si deus uoluerit. Nam si melius facit quã facit, tunc potentia sua se extendit ad contradictoria, in que deus non potest. Nec appretior tuas distinctiones fictas, de sensu composito & diuiso, & sic de saluatione hominis per deum, scilicet. qđ deus nõ potest saluare hominem, nisi de facto saluabitur. Nec sequitur ex isto, qđ deus sit impotens, potius quã sequitur ex hoc, qđ non potest seipsum destruere. Nec sequitur ꝙ omnes orationes superfluunt, sed bene est uerum, & sequens, qđ multæ orationes priuatæ & speciales sunt superflue & cõmuniter stultæ factæ, quia tales orationes debent per conditionem exprimi, uel saltem subintelligi, rogo deum qđ sic faciat, si sibi placuerit. Vnde in facetia humana fratres quo ad suos socios miseros, exprimunt ista uerba. Ad tertiam instantiam tuam bene cõcipio, qđ ex ista sententia mali possent occasionem accipere, ut exinde perpetrent multa mala, & si possunt, de facto faciunt, sed qui sunt illi, est nobis incognitũ, sicut est mihi incognitũ, utrum aliquis franget necessario caput meũ, & dicet in fine per excusationẽ suam crassam, cum necessarium fuit ipsum sic facere, non potuit resilire. Sed ego dicerẽ sibi, qđ ꝓpter tale factum irrationabile necessario est culpandus. Et quantũ ad cessationẽ positionis & depositiõis in arte obligatoria, donate mihi istã iniuriam, cum in ista altercatione tempus cõmuniter expenditur superflue & inaniter, ut oportet. Vnde nisi fortiores rationes habueris, stabo tacite in mea sententia confirmatus.

CAPVT IX
De septem peccatis mortalibus.

Argumentũ insolubile de necessitate.

ALITHIA. Rogo te frater Phronesis contine re te de cætero ab ista materia, & si uolueris ꝑ ordinem ad tractandũ de septem peccatis capitalibus procędamus, & ex qua radice in tãto numero & ordine sunt ponẽda. PHRON. Tractatus isti⁹ articuli cõfundebat plurimos sapiẽtes, & uiuacitas rõnis plus sciolos cõsternebat, ut domin⁹ Armokanus dicit se pro solutione illius euidentiæ uiginti annis studuisse uicissim, si Christus ꝓphetauit uel asseruit hoc esse uenturũ, hoc est, uel fuit, uel erit. Sed antecędens est necessariũ, ergo cõsequens. Non enim subiacet hominis potestati, uel potestati creaturæ, quin Christ⁹ talia multa asseruit, nec assertio, credulitas, uel electio actus animæ Christi est huiusmodi per accidẽs. ideo sicut necessario Christus illud asseruit, ita necessario illud eueniet uel euenit. Nec scit iste doctor istam rationẽ in fine euadere nisi cõcędendo, ꝙ Christus errasse potuit, & ecclesiam decępisse. Sed quis catholicus ista dicet? Item si deus determinauit hoc fore, ita erit, extendamus tempus, & sic patet cõsequentia. Sed quocunꝙ futuro signato ante mundi cõstitutionẽ deus determinauit hoc fore, ergo hoc erit, quanta ergo est necessitas in antecędente, tanta est necessitas in ueritatis cõsequente. Quis rogo poterit facere uel impedire, quin deus detẽminauit hoc ante mũdi cõstitutionẽ? Nunqd creatura potest impedire dei determinationẽ? Et ut Sophistæ concędunt, ueritatẽ æternam ꝓcędentem ex dei ꝓposito facere, qđ non erit? ac si ab illis penderet diuinũ ꝓpositũ, & ueritas æterna, quã deus ipse per se solum cõplete caussauit. Item misera creatura habet potestatem suum opus futurũ proponere, & subductis impedimẽtis cõsyderatione erroris, & uariati one

tione uoluntatis & temporis, foret determinate uerum, quia illud eueniet. Ergo multo magis potest deus ad euẽtum futuri se determinare. Cum ergo in ignorantia dei in uariatione suæ uolitionis, uel rei impedientis, non potest obstaculũ euenire, relinquitur ꝙ ꝓpositũ dei oportet necessario adimpleri, & sic om̃e futurũ necessario eueniet. Si ergo ꝓpositũ hominis, uel sua determinatio facit aliq̃lem firmitatẽ in futuritione sui operis, uidetur ꝙ determinatio dei facit sũmam firmitatẽ in futuritiõe sui operis. Item repugnat dei existentiæ, ꝙ non intelligat om̃es homines intelligibiles, cum homo illos intelligit, & constat, ꝙ longe plures res, & plura animalia ꝙ̃ homines deus intelligit. Signatis ergo illis hoĩbus, patet ꝙ nullũ hominem præter aliquẽ illorũ deus potest ꝓducere, cũ nullum hominẽ nisi quẽ deus potest intelligere, potest ipse ꝓducere, sed nullũ hoĩem nisi aliquẽ istorũ deus potest intelligere, cum deus intelligit om̃ia quæ potest intelligere, ergo nullum hoĩem præter aliquẽ istorum deus potest producere. Euasiones autẽ Sophisticę, quæ possunt fieri in ista materia, nec sũt sapidæ, nec digne memoria. ideo animaret & quietaret uiantem ad standũ pro defensione iusticiæ, ꝙ oportet mercedem suam necessario euenire, sicut oportet deum punire æmulos ueritatis. Et sic non oportet euagare in imaginatione rerum, quas ponimus possibiles, dũmodo non est ita. Et tollere possumus quæstionẽ, qua quæritur, quare deus non efficit hoc, uel illud? Dicendo ꝙ ideo, quia hoc non est effectibile, & claret ratio Augusti. & locus a simili. Q̃ sicut deus, si non produceret uerbum ad intra, tunc impotens foret uel inuidus. ita si non produceret effectum ad extra, ipse impotens foret & inuidus. Imaginatio autem nostra, & error intellectus nostri circuit, credens sæpe se intelligere, qđ nõ intelligit, & multa se posse facere, q̃ de facto non cõcipit. Studeamus ergo ueritates q̃ sunt & falsitates procędẽtes de imaginatione impossibiliũ obmittamꝰ. Ideo ex

Om̃e futurũ de necessario eueniet

Responsio generalis quare deꝰ hoc uel hoc non facit.

cusando uanitates credentiũ in ista materia sępe dixi, ꝙ paratus sum illud quod tu ponis possibile admittere, docto ꝙ illud sit possibile. Non enim tantũ confido de tua scientia, ꝙ si asseris hoc esse possibile, ergo uerum, cum concędis, licet false, ꝙ multos homines intęlligis, quos deus nõ potest producere, ut hominẽ infinitum magnũ, hominẽ infinitum meliorem Christo, & hominẽ sibi dei potentiã coequantẽ. Placet autem mihi, qđ ad tractandum de septem peccatis capitalibus procędamus. Et si interim occurrerit argumentũ uiuax contra istam sententiam, qđ non credo, ipsum diligentius repetamus. Videtur mihi, ꝙ numerus septem peccatorũ capitaliũ in fide scripturæ fundari poterit, & cõmuni experientia quam habemus, constat quidem ꝙ Iohãnes dicit, concupiscentiã oculorũ, concupiscentiã carnis, & supbiam uitæ esse originẽ cuiuslibet sequẽtis peccati. Et Iacob. idẽ dicit, ponendo ꝙ sapientia huius mundi est terrena, animalis, & diabolica. Superbia autẽ uitæ, quæ dicit spirituale peccatũ, & diabolicũ, gignit ex se duas filias, scilicet, inuidiam, atq; iram, cum superbus ratione singularitatis quam appetit, inuidet inferiori, ne forte ad æqualitatem suam attingat. Inuidet æquali, ꝙ deus ipsum sibi æquiparat, & inuidet superiori, qđ sic ipsum exuperat, & sic utrobiq; instar diaboli inuidet ordinationi, & operi dei sui. Habito ergo isto maledicto ternario, & Luciferina superbia, resumendo peccatũ iræ, sequitur ex cõcupiscentia oculorũ secundus ternarius maledictus, scilicet ira dissoluens homines, Accidia ac Auaritia inde sequens. Nam iracundus quẽ oportet frustrari a suo proposito, tam mente, ꝙ corpore hebetatur, & sic oportet ipsum incidere in quartũ pctm̃ Accidię. Et cum desyderium mentis necessario sit circa aliquid occupatiuũ, frustrante primo ternario diabolico hoĩem a sapida cõsyderatione, uel cõcupiscẽtia dei sui nõ supest, nisi ut uirtus concupiscibilis improuide circa temporalia euagetũ. Et ex istis

Superbia uitę gignit ex se, duas filias, Inuidiã, et Iram.

Concupiscentia oculorum.

ex istis & concupiscentia carnis infertur tertius terna- rius maledictus, qui enim terrena sic ambit, & desyde- rat irrationabiliter illis uti, & sic incidit in gulã quo ad gustabilia. Et cum otiatur a consyderatione diuina, cir- ca quam foret homo naturaliter occupatus prorumpitur bestialiter in sensibilia sensus tactus, & completur terti- us ternarius maledictus, scilicet Auaritia, Gula, atque Luxuria. Et sic peccatum posterius inducit sororem se- quentem, sicut crimina sunt connexa. Et sic in septena- rio sunt tres communicationes ternarij implicati.

Concupiscentia carnis.

CAPVT X. De Superbia.

ALITHIA. Consydero quod scd'm rationem disparem, licet hominib. tractare de isto sep- tuplici ordine peccatorũ. Incipiamus ergo a Superbia. Cum scd'm Ecclesiiasticũ ipsa sit initiũ omnis pctĩ, & in cœlestib. spiritib. ab alto originẽ ttaxit. PHRO. Dicam breuiter in ista materia & conse quẽter de pctĩs alijs, cũ sermocinãtes ex grã dei & usu lo quẽdi, possunt satis istã materiã dilatare. Verũtamẽ cũ sit ordo naturalis quattuor questionũ, & in questiõe si ẽ supbia, nõ oportet hoĩem ĩmorari. Videt̃ mihi expediẽs prĩo dicere, quid descriptiue sit supbia. Hot.n. facilitat ad cognoscendũ ꝓprietates supbię. & ꝓpter qd tales pro prietates sibi accidũt, & loqr de supbia & pctĩs cæteris, nõ ut dicunt defectus, uel peccata intellecta formaliter, sed ut dicunt habit⁹ uitiosos. Ab illis .n. habitib. ꝓcedũt act⁹ hoĩem cõturbãtes. Dicit̃ aũt supbia inordĩat⁹ amor excellẽtię ꝓprię. Deus.n. amat propriã excellẽtiã, sicut & angeli suã. Homines etiam cũ quibus est gratia amãt uirtutis excellentiam, ut postmodũ sunt beati, ideo sub dolus & Pseudis statim obijceret contra hominem, su- perbiã taliter describentẽ, ꝙ est amor ꝓprię excellentię, cũ deus foret sic sũme superbus, Intelligo aũt per amorẽ non solum

Quid sit super- bia.

non ſolum actum amandi, ſed habitum, quo ſuperbus inclinatur ad zelandum pro ſuo ſtatu indebito. Et ſic oportet ſupponere, quod deus ordinet omnia creata in ordine pulchro conſiſtere. Creatura autem rationalis, ut homo & angelus, infringit hunc ordinem in ſeipſa & alijs, cum ratione ſuæ excellentiæ appetit inordinate, tam ſecundum intellectiuam potentiam quam uolitiuã, in gradu inconpetenti conſiſtere. Et diſtinguuntur ſpecies ſuperbiæ, ſecundum ꝙ inordinatæ potentiæ appetunt malos fines, ut intellectiua potentia, quando appetit ſcientiam, uel finem alium inordinate, tunc dicitur ſuperbia interior. Vnde diabolus primo mentiendo ſuggeſſit fœminæ. Nequaquam (inquit) moriemini, ſcit enim deus, quod quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi ueſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Ecce ꝙ deus dicit, morte moriemini, mulier dubitat ne forte moriamur, & diabolus mendaciter contradicit. Nequaquam (inquit) moriemini, & ſuper hoc fundat originem ſui mendatij a deo procedere. Et in ſupbia iſta ſcholaſtica, ſunt multi clerici occupati, cum facit multos lãguere, circa inutiles quæſtiones, & in errores intellectus incidere, ex quibus cauſſatur error affectus & extrinſecorũ operum ſatis late. Et ut dicit Metricus. Superbia intellectus in quattuor erroríb. eſt fundata. Verſus. Ex ſe pro meritis falſe plus omnibus inflat. Quidam enim putant ſe habere excellentiam ex ſeipſis. Quidam ſecũdo putant ſe habere bona naturalia de condigno. Quidã putant ſe habere bona aliqua, quæ non habent. Et quidã quarto comparantes ſe alijs, falſe putant ſe alios excellere. Et tota radix cuiuslibet ſpetiei ſuperbiæ, ſtat in iſto, quod homo errat non credendo humiliter, ꝙ quicqd habuerit eſt a deo. Et ideo dicit Apoſt. i Cor. iiij. Quid habes quod non accepiſti? Si aũt accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et ita defectus fidei ſcripturæ, eſt cauſſa ſuperbiæ, ſuperbia autem affectus conſiſtit primo in

Radix ſuperbiæ cuiuslibꝫ in quo ſtat.

in hypocrisi, quæ est pessima species superbię, & religiosos nostros sæpe consequitur, cum non præsumerent superaddere traditiones supra Euangeliū, quæ communiter sunt contrariæ rationi, nisi hypocrisi laboraret. Ideo false fingunt fratres & alĳ, qđ habent regulam priuatā, quę in bonitate excędit regulam Iesu Christi. Omne em̄ peccatū sapit errorem, qui inpugnat primariam ueritatem. Superbia autē consistens in cōcupiscentia oculorū inordinationē temporaliū sæpe respicit, ut multi superbi de affluentia temporaliū inaniter gloriātur. Et superbia circa bona carnis, respicit sæpe inordinationē uolitiuæ potentiæ, circa bona corporis naturalia, ut circa naturalem fortitudinē, circa corporis elegantiā, & circa similia bona naturæ corporeę. Originatur autē iste error supbię, sicut & cæteri, ex errore intęllectus & fidei, quo credi debet, qđ oīa ista bona sunt a deo, ut de datis istis ordinate prosit ecclesię. Ideo dicit Apostolus, ꝙ sicut mēbra hūana corporis ꝓsunt toti corpori, ad implendū eius opationes utiles, quantū sufficiūt, sic quælibet persona militantis ecclesiæ, debet sine præsumptione, uel nimia replicatione actus reflexi supra seipm quantum sufficit, uel habet ex donis dei ꝓdesse ecclesię, tunc em̄ debite seruit deo, & ex oīibus uiribus amat ipsum, cui repugnat, ꝙ amat ꝓpriam excęllentiā, nisi de quanto sonuerint in honorem dei, & utilitatē ecclesiæ. Et patet quomō supbia extinguit bona gratiæ, inficit bona naturæ in aīa, & oīno impedit ꝓfectū spiritualē, in quo uiator cresceret, nam tam bona spiritualia, ꝙ̄ bona corporalia, ordinant̄ ꝓficere uiatori, quādo seruando regulam naturæ, ponit illa bona modeste in opere. quia rebellando obstinate inflexibilis est ad bonum. Et patet ex fide scripturę, exemplis naturalibus, & rationibus uiuacibus, quomō est superbia reprobanda. & uidetur ꝙ supbia, & oīa alia uitia sunt cōnexa. Nam quicūꝗ inordinate amąt bonum ꝓprium, inuidet alĳs, & irascitur in effectu. Et per idem

Hipocrysis est pessima species superbię.

est Accidiosus, Auarus, Gulosus, & Luxuriosus. Torpet enim in seruitio deo debito, & nimis inordinate appetit bonum propriũ. Et sic homo interior gulose & false gustat honorem indebitũ. Et de spirituali luxuria patet, qđ fornicatur a deo turpiter cum se ipso.

CAPVT XI. De Humilitate.

ALITHIA. Placet ꝙ sic leuiter & breuiter de Superbia te expediuisti. Sed cum illi contrariatur Humilitas, rogo ut parũ dicas de ipsa uirtute, cum sit contra Sup̲biam medicina. Antidotum enim qua uitiũ est uirtus cõtraria. PHRO. Placet de uirtutibus conformi uia transcurrere. Sicut enim superbia est initium peccatis aliȷs. Sic humilitas est aliȷs uirtutibus fũdamẽtum. Et hinc fuit Christus (quia sapientia dei patris) in humilitate beatæ Mariæ uirginis incarnatus. Vt patet Lu. i. Sicut. n. Chr̃s nõ potuit sup̲bire, sic nõ potuit ipso esse humilior, cũ sit cẽtrũ toti hũano generi, quo centro non potest esse inferius. Nam cũ res alta, sit eo inferior, quo centro ꝓpinquior, patet ꝙ nemo potest esse Chr̃o humilior. Ideo errãt qui ponunt ꝙ deus potest ponere centrũ mundi inferius ꝙ̃ est modo, cũ sic mundus rarefieret in infinitũ, cum inferioritas non attẽdit̃ a mundi circũferentia, centrum mũdi non foret inferius ꝙ̃ est modo, Et per idem si totus mũdus cõdenset̃ ad non quãtum, per impossibile uersus centrũ. Et eadem ẽ ratio, posito ꝙ mũdus fluctuaret, uel infinitũ quorsũcũꝗ moueret̃ in uacuo infinito. Sicut ergo nemo potest intelligere quicꝗ̃ bassius ꝙ̃ est cẽtrum, sic nemo potest intelligere quicꝗ̃ hũilius ꝙ̃ est uerbũ. Ideo oportet quẽlibet saluãdum spirituale ędifitium cõstituere in hoc centro, quia aliter non posset eius altitudinẽ erigere usꝗ ad cœlũ. Turrim, n, tam altam, oportet habere ĩmobile fundamentũ. Sed scđm Aposto. i. Corinth. iij. Fundamentũ &c. Describẽdo autẽ uirtutẽ humilitatis cõformiter ad

prædicta potest dici, q̄ humilitas est amor ordinatus, in gradu debito sibi persistendi, qui amor in Christo secundum eius humanitatē immobiliter perseuerat. Alij autē ut sibi in hoc cōformiores sunt, sic sunt & humiliores, & ad apicem uirtutum facilius attingendū ꝓmptiores. Et patet primo quomō Christus directe cōtrariatur diabolo, cum ipe sit summe supbus, sed Christus sūme humilis. Ideo si uis placere deo, despitias supbos, cogitatu animę atq; uita. Talis em̄ domus nō patitur ruinam a cōtrarijs impellentibus uel procellis. Sicut em̄ oportet esse unam radicem uitiatā, a qua cuncta posteriora crimina sunt contracta, sic oportet esse unam radicem saluantem cætera, quæ sit plena uirtute & gratia. Cum em̄ Christus sit deus & homo, posito q̄ aliquis sit humilior ipso, tunc foret in humilitate standi in gratia sibi debita Christo cōstantior, sed quid impossibilius? Et patet secundo, q̄ humilitas non cōsistit in uolūtate inferius persistendi, cū Christus sūme humilis uult esse altissimus in bonitate humani generis, cū hō ut humilior est ad seruiendū deo ꝓmptior, & ut sic se clarius cōsyderat esse ministrū dei. Sed & sic est Christus humilior, quia ad seruiendū deo & ecclesię ꝓmptissimus. Et possunt probari octo ꝓprietates, q̄s Lincoleñ. declarat esse, uere humilē cōsequētes. Humilis em̄ scd'm fidē Euangelij Lucæ xiij. recūbere debet in nouissimo loco, hoc est in loco humillimo, atq; ad seruiēdum deo ꝓmptissimo. Non em̄ intelligit Christus de loco corporeo, quia sic foret p̄ceptū suū supfluū solū uni cōueniens. Ideo certū est, q̄ Christus nō loquitur de nuptijs, uel prandio corporali, sed de spiritualibus nuptijs, quibus inuitamur ad cœnam nouissimam, in quibus homo, cui non sit reuelatio, debet se reputare abiectissimum esse saluandorū. Non tamen debet hoc credere, cum sæpe sit falsum, sed debet sperare se esse saluandum, & de nullo saluando putare, quod sit deo abiectior, quam sit ille. Aliter enim sine euidentia recumberet in loco ni-

Quid est humilitas.

Octo proprietates vere humilē cōsequentes.

mis alto. Et ex isto patet tertio quod deus neminem eligit in prælatum, nisi sit subiectis suis humilior, quia deus nemine eligit in talem, nisi sit uirtute habilior, & per cõsequens humilior. Quicũq; enim est humilior, est Christo propinquior, ideo humilitas, & cæteræ uirtutes nõ solũ quo ad species, sed quo ad gradus laudabiles se sequunt. Et hæc ratio, quare ante dotatione Cæsareã seruabat regula Apostoli, Q. nemo sumat sibi honore nisi &c. Non enim uideo qnin aspirantes in ecclesia ad primatũ, uel quicũq; de priuatis ordinibus ab humilitate deficiũt, & per cõsequens a uirtute, quia uel sunt stulti, uel reputant se subditis digniores. Si enim propter excellentiam honoris ab homine, uel propter lucrum temporale hoc appetunt, tũc indubie sunt culpãdi, cum amor dei & humilitas, & per cõsequens uirtus postponitur, & bonũ temporale nimiũ ponderat. Sed quæ maior stulticia in amore? Et ex istis patet, qd electiones hominũ ut plurimũ sunt iniustæ, qa si electus non sit humilior, iniuste eligitur, & hoc in maiori parte euenit, cum humilior hodie reputat indignior Et patet, q in electionibus humanis & priuatis religionibus cõmuniter contendit contra deum, quia qd discernit esse faciendũ, tanq; indignũ postponitur, & secundũ iudicium hominũ quod deus despicit, ponderat. Et hæc est una ratio quare religiones priuatæ cõmuniter sũt perplexæ. Et si obijcis, q humilior est cõmuniter ignorantior, & ad regendũ ineptior, sed cum austerus & prudẽs debet eligi, ut præsit humilibus, uidetur q regula nõ est generaliter obseruanda, scilicet, q humilior ad præessendum est aptior. Iste autẽ obiectus est diabolicus, uel mũdanus, cum supponit illum esse præeligendũ, quem mũdus uel lucrũ temporaliũ præacceptat. Ex quo indubitãter conuincit, q cõmunitas hæc sentiens, plus appretiat uitam humanã, uel laute uiuere, quã uiuere uirtuose. Et hæc est maledicta religio, cum bene esset illi, cum quo foret a tali ordine dispensatũ. Et illud qd obijcis, q callidior

Ante dotationẽ Caesareã respondebant Papae iis apostolorũ

or, qui uocatur scientior, foret ad regendũ dispositior, & bene personatus uirilior, foret pro acquirendis possessionibus mundo coaptatior, reuera accusas talem priuatũ ordinem, & doces acceptandũ Christi ordinem precellentem. Si autem scientia inflat, etiam in natura sua laudabilis, & quanto magis uulpina calliditas? Et si secundum reputationẽ humanã, grauidior atq; austerior plus laudetur, ideo debet eligi in prælatum, ubi est fides scripturæ, & uirtutis præeminentia super ista? ideo indubie tales incidunt in illud uæ propheticũ Esaie. x. Væ qui dicunt malum bonum &c. Et patet cum ratio & inclinatõ mundi destruunt hos ordines, qđ bonum esset ipsos cessare, & secundũ purum ordinẽ Christi regulari. Vnde pro sententia istius religionis, in humilitate fundatę, notandum est uerbũ Christi Matthei. xviij. diffinientis & sedantis dissensionem inter discipulos, quis eorum uideretur esse maior. De qua contentione Lucæ. xxij. Et respondentis ad quæstionem, quam discipuli quæsierunt. Quis putas est maior in regno cœlorũ, aduocans (inquit) Iesus paruulũ &c. ubi patet luce clarius, q Christus loquitur de paruulo uere humili in sua reputatione. Et iterum, qđ talis humilior est in regno cœlorum maior, ut Christus dicit tam opere, q̃ sermone. Ex quibus uidetˀ, cum maior in regno cœlorum debet ideo præesse, secundum dei arbitriũ, qđ prælatus & præpositus qui cõmuniter secundũ homines præferũtur, non sunt de regno cœlorum, sed de regno regis superbiæ. Quis vere dicitur paruus.

CAPVT XII.
De Inuidia.

ALITHIA. Videtˀ mihi, q ista sententia specialiter (quia alludit fidei scripturæ) debet esse fideli sapida. Sed rogo ꝓsequere cœptũ ordinẽ cõseruando. Ex quibus uidetˀ, qđ de-

bes tractare de uitio īuidiæ, & de sibi opposita charitate. PHRON. Placet de isto ordine, & primo uidetur, quod Inuidia sit inordinatus appetitus uolēdi malū alteri. Et intelligo de malo dāni, nō de malo pœnę, cū deus ordinatissime appetit hoc malū esse dānatis. Nec uidetur ista descriptio Inuidię esse laudabilis, quæ imponit Augu. scilicet quod inuidia sit dolor de alieno bono. Non aūt oportet, quod sit dolor de fœlicitate alterius, quia tam præscit⁹, quam diabolus inuidet sibi cōsimili, cui nō inest fœlicitas, sed īuidet, quod tam misericorditer est cū illo. Similiter nō est ratio quare inuidia foret descriptiue dolor de fœlicitate aliena, quin per idē & euidētius foret gaudiū de damno alterius, & sic Inuidia foret tam dolor, quam gaudiū. Et cū illa sint cōtraria, & nō relatiue opposita, cōtraria forent de se reciproce pdicata, & sic idem hō posset esse simul beatus plene, & dānatus miserrime. Quāuis enī Chrus habuit simul dolorē & gaudiū, hoc tamē fuit de disparibus obiectis, & ut placet multis, scd'm diuersas potētias intellectus. Similiter quam extensa est charitas, tam extensa est Inuidia sibi cōtraria. Sed charitas se extendit ad diligendum deū & proximū, ergo inuidia se extendit ad appetendū malū dei & proximi. Et sic potest dici, quod ex inordinato amore ppriæ excellentiæ, pullulat inordinatus amor, uel appetitus mali alterius. Quāuis aūt deo non potest inesse malitia, tamen inuidus appetit implicite, qd' deo insit malū, cum appetit uirtutē cōmunicationis diuinæ deficere. Ideo inuidia dicitur secundū quandā proprietatem, peccatū esse in spiritū sanctum. Sed arguitur cōmuniter contra genus Inuidię. Nam supponit, ut per se notū Philosophis, qd' nemo quicquam appetit, nisi sub ratione boni, uel apparentię qd' sit bonum, sed non potest apparere homini uel demoni, quod sit sibi bonum malū alterius, ergo nemo potest secundū istam rationē appetere malum alteri, & per consequens non potest alteri inuidere, Sed hic cōmuniter dicitur, qd' minor est falsa, cum

Quid sit Inuidia.

tam

tam diabolus quam inuidus ex innata malitia delectatur de malo alterius, & per consequens apparet sibi esse bonum delectabile, & sic bonum. Est autem error in quocunque inuido secũdum intellectiuam potentiam. Et sic omnis talis malus est ignorans, cum tam bonũ utile, quam bonum delectabile deberet esse, quod alter careat tali damno, ut cõmunicatio boni prosit dispositis. Vnde hoc gaudium inuidi, est passio spiritualiter phrenetici atque diaboli, cũ gaudet de hoc, unde rationabiliter est dolendum. Cum Apost. dicat Corin. xij. gaudere cum gaudentib. &c. Diabolus aũt desperans bonũ alterius sibi proficere, sup addit inuidiam, uolens inordinate tale bonũ non esse, & superaddit malitiam appetens illud bonũ destruere. Et sic uidetur mihi, quod speties inuidię, capi possunt penes distinctionem obiectorũ, ad quæ ĩuidia termĩatur. Et hoc uidetur cõsonãtius dictis superius, quam distĩguere inuidiã in hæc duo genera, in gaudium inordinatũ de alieno malo, & dolorem inordinatũ de alieno bono. Põt aũt dici, quod speties pessima ĩuidię, est inuidia, qua creatura ĩuidet deo suo. Illa. n. speties habet modũ pessimũ, maxime ingratũ, & minime fundatum in apparẽtia ratiõis. Et ideo uocatur specialiter peccatum diabolicũ. Sicut. n. ĩuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarũ, sic impossibile est quenque inuidere alteri, nisi primo omniũ inuideat deo suo, sed in isto grauatur difficultas prædicta. Nam nec homini nec angelo potest apparere, quod deo insit malũ, uel quod a bono priuetur, quomodo ergo potest in cogitatione huiusmodi delectari, cum nemo potest delectari, nisi in illo quod potest intelligere. Sed iuxra dicta, nec deus nec creatura potest intelligere hoc, quomodo ergo potest in hoc irrationabiliter delectari, uel hoc apparere sibi bonum delectabile. Hic supponendo prædicta de intellectione ut firma, uidetur mihi quod tã apparẽtia quam inuidia, potest terminari ad aliquid indirecte, ut nemo uult

Pessima speties inuidię quae sit.

uult nec poteſt uelle, aut intelligere directe, ꝗ deo inſit malum culpæ, uel pœnæ, uel damni, uel quodcunq; fingibile, ſaltem ſecundũ deitatem; quia nec creatura, nec deus poteſt hoc intelligere. Creatura tamen poteſt adtãtum cœcari, quod intelligat, ſic ego uolo quod deus non taliter honoretur, uel ꝙ ſibi non inſit iuſticia, uel noticia malefacti, quia ſi ſic, non foret pro quocunque delectabili cruciandus. Sed quamuis homo, uel diabolus poſſunt intelligere ſic erronee, cũ nec ſua intellectio, nec apparentia terminatur ad rem apparentem, uel intellectam extra ſignum. Ideo ſicut falſum eſt, quod intelligo meliorem deum, quã eſt deus noſter, quamuis intelligam iſta ſigna, ſic falſum eſt quod intelligo, uolo uel appeto ꝙ deus ignoret peccata mea, quod non ſit iuſtus, uel criminis punitiuus, quamuis uelim uel appetam ſic ſub iſtis ſignis, & ſic quilibet inuidus uult implicite uel indirecte, & non põt ſic extra ſigna intelligere, ut qcunq; uult quodcunq; peccatũ culpabile, & ſcdm ordinẽ culpa dignum, ipſe inuidet implicite deo ſuo, quia appetit peruerſe finẽ aliquem, quo fine ſine culpa cõpleto ineſſet modus peſſimus deo ſuo, imo deus de facto non foret iuſtus uel deus, & cum talis uolitio ſit iniuſtiſſima, patet ꝙ radix pcti inuidiæ multipliciter eſt puerſa. Non enim uideo quomõ poteſt quis peccare actualiter, niſi implicite peccet inuidia. Et patet ꝙ uaga cogitatio & impoſſibilis eſt periculoſa uiantib. cum ſuper tali cogitatiõe falſa, poſſet homo faciliter figere appetitum, & ſic ſeipſum indiſponere ad dicendum illam partem orationis dominicæ. Fiat uoluntas &c. Et de talibus uanis interpretationibus ex imaginatione indebita procedentib. quãuis finis propter quẽ talia appeto, ſit laudabilis, timeo mihi intantum. Scio enim quod debeo intællectum & cogitationem meã ad deum, & ſuam ueram fabricam terminare, & non in talibus imaginationibus impoſſibilib. euagari. Et quo ad omnia futura quæ deſydero ad uolitionem & ordinatio

nem

nem diuinam ipsa humiliter terminare. Et sic per errorem in cognitiua potētia, seductor diabolus errores peccati in potentia uolitiua callidissime introducit.

CAPVT XIII.
De Charitate.

ALITHIA. Quãuis ista sint breuiter dicta, & quo ad sermocionãtes nimis subtilit. Verũ tamen placet mihi, cum faciliter possum aplicare exẽpla naturalia & scripturas, ad detestandũ hoc uitium. Sed rogo dicas parum de Charitate, quã dicis huic peccato opponi cõtrarie. Videt tamen mihi mirabile, cum charitas & gratia cõuertunt. Quodcunq; autẽ peccatũ directe contariat gratiæ, & per cõsequens charitati, quomõ ergo inuidia haberet specialiter charitatẽ sibi contrariã? PHRONE. Dictum est tibi si recolis, quomõ uolumus tractare de uirtutibus & uitijs, & nõ formaliter de peccatis. Dictũ est tibi etiã, qđ peccatum non contariat alicui uirtuti, cum sit defectus, & non aliqua creatura, sed modo suo opponit cuicunq; uirtuti, cum extinguit charitatem, uirtutem, & gratiam in cõmuni. Et dictũ est tibi tertio, q duplex est Charitas, siue gratia, scilicet in creatore qua denoĩatur gratificare. uel diligere creaturã, & illa charitas in deitate est æterna, & in Christo perpetua, Iuxta illud Hieremĩ. xxxi. In charitate perpetua dilexi te & attraxi te miserãs. Si gratia uel charitas in creatura intellectiua uocatur denoĩatio, qua ipsa dicitur grata uel chara. Et est duplex, scilicet prædestinationis, uel finalis cõsumationis, qualiter solũ prædestinati sunt deo grati uel chari. Et alia est gratia uel charitas secundũ præsentem iusticiam, qua rationalis creatura disponitur, & est ad modicũ tẽpus chara deo, & illa est satis fluxibilis in uiante. Et nota qđ ꝓpter assistentiã uel deficientiã talis gratiæ, deus nõ magis uel

Duplex Charitas.

R

minus afficitur creaturæ, cum semper uult prædestina-tos suos habere gloriam sempiternã, ut tantũ dilexit Petrum, Dauid, & cæteros quando grauiter peccauerunt, sicut quando modo in patria sunt beati, quia tam firmiter uoluit ipsis tantũ bonũ. Verũtamen sicut non uoluit ipsos tunc habere tantũ bonum, sic postmodũ ita odit illam indispositionem, quia taliter peccauerunt. Et sic in deo tam amor, quã odium sunt æterna, & sic deus in infinitum odit plus præscitos, etiam existentes in gratia secundũ præsentẽ iusticiam, quã prædestinatos & criminosos, quos disposuit ad patriã. Et sic quãuis Logicus dicat, qđ deus odit bonos in patria, quia propter indispositionẽ præteritã quam habuerant cum peccauerũt, non tamen odit eos secundũ dispositionẽ, quam nunc habẽt in patria. Et sic cõmuniter intelligitur, qđ deus odit beatos, hoc est propter dispositionem qua beatificantur, quod est impossibile. Videtur tamẽ mihi, ꝙ charitas potest intelligi cõmuniter, quia intellectualis creatura dicitur chara dei, & sic non uideo qđ talis charitas contrariatur inuidiæ, specialiter & directe, sed potius uitio in cõmuni, Secundo modo intelligi potest charitas appropriate & specialiter, secũdũ ꝙ denominat creaturam rationabilem charum habere quicquid deus ordinat in aliqua creatura, & sic potest dici, ꝙ charitas & inuidia sunt directe opposita contraria. De charitate autẽ dictum est tibi supius, ubi tres uirtutes theologicę sunt descriptæ. Apostolus etiam. i. Corinth. xiij. ponit breuiter pulchre cõditiones sedecim charitatis, sed ut habeam uerba breuia & hortatoria, studeamus, qđ totam uitam nostram ducamus, & omĩa opera nostra ad honorẽ dei faciamus, & tunc indubie in charitate facimus omĩa facta nostra, & plenitudo legis est talis dilectio. Et ut dicam particularius, quomodo debemus facere ad honorẽ dei quicqđ

In deo tã amor quã odium sũt æterna.

fecerimus

fecerimus, uideamus legem dei, & specialiter decalogũ ac Euangelium, & obseruemus illam in uita tam opere, quàm sermone. Defendamus illam contra Antechristi discipulos, hortatione suaui, oratione humili. & operatione laudabili usque ad mortem. Nec uideo, quomodo maiorẽ charitatẽ poterit quis habere. Nec uideo, quin quilibet Christianus tenetur ad istum gradum charitatis, saltem implicite ad sensum aliquem separare. Sed ut dicit Euãgelium, refrigescet charitas multorum, quod in diebus nouissimis satis claret, cum multi sunt leges domini impugnantes, & pauci eam debite defendẽtes, sed scripta Papalia, ac religiones priuatas longe amplius ponderãtes, Et cum in eadem damnatiõe sint omnes, qui illis aliquo sex modorũ consensus consentiunt, patet quod pauci sunt in statu aliquo uiatorum, quin propter carentiam istius charitatis, nisi resipiscant, finaliter sunt dãnandi. Cum autem charitas sit patiens & benigna, secundũ Apostolum. i. Corinth. xiij. disponamus nos ad patientiam usque ad mortem, & seruemus continue benignitatem charitatis, si forte deus uult peccatori misereri, & conuertere eos ab insania, qua nunc turgent, & semper recolamus, quomodo Prophete in lege ueteri, & quomõ Christus in lege gratiæ. & chariores eius discipuli in caussa ista specialiter sunt occisi, & nunquid nos meliores sumus illis prædictis patribus? Aut nunquid totum dei præmium exhaustum? Fides autem nostra docet oppositum. Et breuiter non cõsydero, quomodo quis delectabilius, aut iocundius posset mori. Cum ergo sumus certi de morte, & de pœna uæcordię, obseruemus fidem spem, & charitatem, & operemur bonum dum tempus habemus. Cum fides scripturæ docet Ezechi. xxxiij. c. quod speculator est quicũque, cui deus dat noticiã legis suæ, & a quocunque tali uult acute acquirere rationem & com

Quõ lex Christi est defendenda.

putũ, quomõ usum talenti talis, ad utilitatẽ ecclesiæ ex-pendebat, & desidia ac negligentia in isto articulo facit multos prælatos ecclesiæ & scholasticos cõdẽnari. Ideo rogemus deum obnixius, q̃ ista sentẽtia stabiliter obser uetur. Scimus quidẽ, q̃ nimis multi prælati cæsarij pec-cant in ignorantia legis dei, nimis multi scholastici pec-cant in uæcordia, non ex charitate debita, perseueranter isti malicię resistendo. Et nimis multi peccãt in Inuidia ob defectũ benigni & suauis modi, & ordinis charitatis.

CAPVT XIIII.
De Ira

ALITHIA. Video & consydero, q̃ ista sentẽ-tia sit deuotius & humilius prosequuta, sed obserua ordinem cõsimilem de Ira, & eius opposito, quem in uicijs & uirtutibus supio-ribus obseruasti. Sed miror in primis, quomõ ira quædã dici t̃ esse licita, ut ibi. Neq; ĩ ira tua corripias me. Et ita uidetur quãdoq; capi in bonũ, sed de Inuidia hoc non le-go. PHRONE. Obseruabo libenter sententiã quã iniũ gis, sed quo ad obiectũ tuũ literalẽ, consydero scd'm Lo gicos, cum nomen sit uox significatiua ad placitũ, q̃ nõ oportet multũ solicitari, quare nomina Superbiæ, Inui-diæ, & Iræ, significant tam dispariter sensus suos. Licet ẽm imponenti terminos uti ipsos ad actus licitos atq; il-licitos designandũ. Caue tantũ de Grãmaticorũ figura, quã ipsi uocant Antropostpatos, quãdo humana passio, uel ꝓprietas deo tribuit̃, q̃ in omibus illis utamur regu-la August. tollẽdo illud qd' simplicit̃ perfectionẽ signat, & deo nostro perfectionẽ huiusmodi reseruemus. Illud autẽ quod notat impfectionem appropriatã creatura, lo quendo de deo penitus subducamus. Ideo tum in furore tum in Ira sunt aliquæ motiones iratorũ impetũ designã tes, Et quædã ꝓprietates analogicę, quæ deo possunt cõ

petere

petere, subducam⁹ primas, & alias seruemus ad hūc sensum, q̄ Propheta rogat deū suū, ne in furore suo in die nouissimo, quādo arguet acute ad regulā austere, damnet, uel puniat suam miserā creaturā, neq; in uia antecedenter ad furorē illum corripiat fratrē suum, & illum finē cum suis medijs, debet uiator quilibet imprecari. Potest autē dici, q̄ descriptiue uitium Irę, est inordinatus appetitus animi ad uindictam de creatura deum exequēdū, per hoc autē qđ est inordinat⁹ appetitus patet, q̄ deo nō pōt cōpetere, ideo furor quo in die iudicij magis sæuiet, nec ira dei, qua gratiose & modeste capit uindictā de hostibus, nō possunt descriptioni huis uicij subiacere, sicut nec ira Mosi pro idolatria populi, aut alterius sancti dei, dum seruat se irascendo in limitibus rationis, ad qđ multum ualent caussa uindicādi dei iniuriā, & modestia prosequendi uindictam ad regulam, secundū qđ expedit ecclesiæ illam capi, ad quod requiritur speciale consilium dei nostri. Vnde ira sic ebullit de peccatis prioribus, cū peccator supbierit modo dicto, non solum dedignat̃ de proximo, sed inuidet, quod approximat bono suo, & ultra machinat̃, quomodo de bonitate proximi poterit uindicari, & in illa ebullitione uirtutis irascibilis, cor & mēbra corporis cōmunit̃ agitantur. Et illius Iræ nominat Christus tres species Matthei. v. Oīs (inquit) qui irascitur fratri suo. &c. Ille autem ad sensum Euangelij irascitur fratri suo, qui contra illum irrationabiliter in animo est cōmotus, & siue fuerit hæc breuis cōmotio, siue diuturna, siue cum signis extrinsecis, siue fuerit irrationabilis cōmotio animi, siue illis dicitur ira subiecta dei iudicio ad uindictam. Vnde legitur Matth. xij. de Christo, qui non potuit ita irasci, arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium. Per arundinem intelligunt quidam robustos de seipsis inaniter gloriantes, tales eñ sunt uacui a gratia, ut baculus arundineus plenus poris,

Ira quid sit.

Tres species irę

Irasci fratri quid sit.

Arundo quassata.

Ille autem confringit istam arundinem, quæ dat sibi oc/casionem ad irrationabiliter irascendũ. Per linum fumigans intelligunt quidam debiles uirtute, qui secundum aliquem gradũ charitatis sapiunt & diligunt legem dei. Talem autem harundinẽ siue linum non confregit Cristus, nec extinguit, sed potius in uirtutibus uigorauit. Et propter istas rationes conuincit Christus, & specialiter in die iudicij per singulos inimicos. Ille autem in secũdo gradu dicit fratri suo Racha, qui cum ira prorumpit in uerba derisoria. Racha enim interiectio est deridentis, & de tali consulunt boni angeli, si erit propter uehementiam iracundiæ cõdemnatus. Sed in tertio gradu ille dicit fratri fatue, qui cum ira animæ prorũpit in uerba contumeliosa, scandalosa proximi uel blasphema, & talis est reus gehennę ignis, ex folijs uerborũ cum actu animæ. Et si in uerba non prorumpit, multo magis qui ex ira gignit odium perseuerans, & iacet ut lupus rabidus, quomodo inopinate nocebit ꝓximo, tanq̃ antiquus diabolus iratus ĩsidijs de irata malitia se occultãs. Et patet q̃ uitium Iræ potest diuidi in suas species, secundũ caussas, quibus quis irrationabiliter irascitur fratri suo, ut unus irascitur propter detentionem rationalem terrenorum, quod est irrationabile, cum mediũ aliud subsit, per quod temporalia sunt debite acquirenda. Ille etiam qui propter rapinam, uel detentionẽ indebitam temporalium irascitur fratri suo, est rationabiliter culpandus, cum alia rationalis uia subsit. Et multo magis est ille iracundus culpãdus, qui propter bonum gratiæ uel naturę irascitur, quia talis irascitur & inuidet deo suo. Et ex uitio irę fructificant bellum, odium, homicidiũ, rapinã, & cæteræ iniuriæ infinitæ, quia tunc fortificata fuit mater Superbia, & accensa inuidia atq; ira, abutitur uiribus naturalibus homĩs, quousq; fiat natura debilis, & in ratione animæ excœcatus. Possunt autem rationes multiplices hoc uitiũ desuadere, spetialiter cum omes debemus esse

Linũ fumigans

Racha.

Bellum/Odiũ Homicidium/ Rapina/ ex ira pullulant

esse fratres in domino, & in uia ad patriam proficere no bis ipsis. Sed Iracundia nobis, quo ad communicatio/nem istam fraternam, magis obest, cum ira extinguit charitatem, dissuadet rationem, & omnino impedit iti/nerationem ad patriam. Et hinc Gene. xli. dixit Ioseph fratribus suis, Ne irascimini in uia. Et sic Ioseph nos/ter qui est Christus in Euangelio prohibet iram istam. Cum ergo talis ira indisponit animum, impedit opus proficuum & omnino habilitat ad diuinum iuditium ad damnandum, & per consequens spoliat diuinum habita culum, & præparat ad hospitandum maximum inimi/cum, patet quod ratio conuinceret, quod a tali iracun/dia sit cessandum. Sunt autem rationes aliæ, & exem/pla tam naruralia, quam etiam ex scriptura, ex quibus fortificari potest ista sententia. Quid enim plus contur/bat iuuamen naturæ & gratiæ, quam quod uiator qui de/bet pro opere & mercede magis necessarijs laborare, sit a fratre suo qui ipsum debet in eodem iugo iuuare diabo/lice impeditus?

CAPVT XV.
De Pacientia & Mititate.

ALITHIA. Cum uirtus sit uitio sibi opposito antidotum speciale. Rogo quod dicas de pa tientia, uel etiam mititate. Multi quidem ui dentur contendere, quæ uirtus sit Iræ con/traria. Et uidetur quod mititas, quia irati est passioni/bus animi perturbari, & in uerba inordinata prorumpe re. Sed mititas sedat utrunq;, ideo uidetur esse uitio iræ directe cõtraria. Vnde Matth. v. Vbi ueritas dederat le gẽ suã dicit, Beati mites, q̃niam ipsi possidebunt terrã. Nã circa tẽporalia, uel bona fortunę irascũt mũdani cõ/munius, cum tanquam pueri uel stulti apprętientur plus bona minima, quam bona maxima, ut gratiam & uirtu/tes. Ideo

tes, Ideo pro illis pugnant communiter & contendunt. Ad denotandum autem quin mititas & non Ira disponit ad illa. Dicit Euangelium non quod iracũdi sed mites possidebunt terram. Licet autem feroces bellantes uideantur quandoque habere seculare dominium, cum uidentur habere secundum stultorum iudicium, & non habent. Vnde Matth. xij. de Christo legitur, quod non contendet, nec clamabit, neque aliquis audiet in plateis uocẽ eius, hoc est uocem iracundię, cum legem domini sæpius prędicabat. Nec didici ubi in Euangelio fuit contẽtio, ut lis legis humanæ auctorisata, nisi ut loquar Ironice, quod Christus, qui dedit exemplar omnium factibilium non contẽdit. Docuit enim tam constantem mititatem, quod consuluit Matth. v. Vt qui uult tecum iuditio contendere, & tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium. PHRO. In prosequendo ordinem quem incœpi, non uidetur mihi utile tractare solicite, quæ uirtus cui istorum uitiorũ directe & plene opponitur, cum tam uirtutes quam uitia sint cõnexa. Et unum uitium sc*d*m unam rationem uirtuti opponitur, & aliud secundũ aliam, ideo potest dici, quod utraque istarum uirtutum opponitur uitio Iræ, secundum disparem rationem. Hoc tamen tenendum est, ut fides quod Christus secundum omne genus uirtutum, fuit summe ut fons plenitudinis uirtuosus, & per cõsequẽs non fuit secundum aliquem gradũ pc*t*õ iracundię irretitus. Vnde de illo testatur Petrus. i. Pet ij. Christus pass*us* est pro uobis &c. Et maiorem mititatem nemo posset ostendere, quam quod persona omnipotens, quæ leui cogitatione posset omnes hostes suos si uellet prosternere, eorũ iniurias tam uerbo quam opere, ita humiliter sufferebat. Nec dubium quin caussa, quare sic fecit fuit, ut daret exemplum posterioribus mẽbris suis, ut taliter patiãtur. Quę patientia, plus floruit in suis Apostolis & chariorib. discipulis, nunc autem quasi omnino alienata est hæc Christi imitatio, quia lex eius & suum consilium quasi totaliter exu-

Pacientia et mititas opponuntur irae dispariter.

ter exulauit. Vnde ipse prophetās illud exiliū narrat suis filijs, quomō prælia & opiniões præliorū sūt multiplicit̄ audituri. Et tn̄ istis non obstātibus religiosi priuati, qui uidētur esse aliquid, dicūt tacite ꝙ obseruāt legem Euāgelij, & docēt illam efficacit̄, etiam diligētius & subtilius quam fecerunt apostoli. Sed factum istorum hypocritarum, docet manifeste suum mendatiū. Quæcūq; ergo uirtus, quæ temperat hominem ad mitigādum passiones iracūdię, potest dici sibi opposita, siue fuerit patientia siue mititas, uel alia uirtus nominãda. Vnde patiētia uocatur uirtus cum trāquillitate animæ iniurias tolerādi. Et mititas uocat̄ uirtus, a uindicatione illicita ꝓprie iniurię abstinēdi. Et utraq; opponit̄ iracūdię. Et potest diuisio harum uirtutū capi penes caussam & pœnā iniurię patiēdi, ut aliter passus est martir immediate pro Chr̄o, & aliter iniuriatus a proximo, Omnes tamen qui patiunt̄ uirtuose ab aliquo, patiunt̄ pro amore Chr̄i, & defensione passiua suę iusticię. Latrones autem secūdum Augusti. & alij malefici durius paciūtur, quibus cum caussa nō ualuit, ideo non ex hoc solūmodo sunt laudādi, sed assistente contritione operis ꝑpetrati, & durāte usq; ad finem uitę, uidet̄ mihi ꝙ laudabilit̄ finiunt uitam suam. Sed raro hominibus in scelere induratis, hic finis euenit, & moueret multum ad detestationē peccati iracūdiæ, & cōseruatonem patientiæ, ꝙ uidet̄ iratum in dei dominium blasphemare. Deo quidem est ꝓprium de iniurijs cōmissis in eum talit̄ uindicare, ideo quicūq; uitiose prorūpit in iram, præsumit uindictam quæ deo est ꝓpria, & per cōsequēs sic blasphemat. Ideo ait fides scripturę. Mihi uīdicta Fides etiam de dei oīpotentia moneret suos filios ad hoc idem, cum ex fide credimus, ꝙ ex dei omnipotentia subterfugi non potest quæcūq; iniuria, quin a deo ad regulam uindicet̄. Fides etiam docet dei filios, ꝙ humilit̄ reseruando deo uindictam, potest inimici crudelitas mitigari. Et quomōcumq; sit de hoc, certi sumus ex fide, ꝙ

Patientia et mititas quid sunt.

Passio latronū quādo est laudabilis

Iratus ī dei dominiū blasphemat.

patiens non poteſt a pręmio largo deficere, ideo tã ratio ꝙ fides Euangelij, cõdamnant taliter iracũdos. Et hinc Chriſtus docet ſuos apoſtolos. Lu. xxi. In patientia (inquit) ueſtra. Nemo enim ſedet ſecurus in uita beata, ꝙ ſonat uerbum poſſidendi, quã illi qui pro Chr̃o mortem humiliter patiunt̃. Illi autẽ qui concędunt, qui pugnãt, uel ſubterfugiũt hãc patientiã, uęcorditer fini ambiguo ſe exponũt. Et ſic exemplũ, ratio, & autoritas, animarẽt fidelem ad ſe exponendũ martirio, ſed diabolus tantum excœcat homines amore carnis & ſeculi, ꝙ uix unum inuenies, qui prævaricet̃ in primũ mandatũ decalogi, Sciunt ẽm pro leui bono fortunæ, uel ſeculari dominio, ſuã iniuriã uindicare, ſed pro uindicãda dei iniuria ſunt uæcordes, cum minus pauci audent dei iniuriã ſecundũ fidem, alias legem ſcripturæ, Antichriſti diſcipulis reſerare. Quomõ ergo tales uindictam caperent pro dei iniuria, uel pro defenſione iuſticiæ paterentur? Ideo cum omes uiantes debent eſſe Chriſti milites, Patet ꝙ multos eorum uæcordia cõdemnauit, cum timor amiſſionis temporaliũ, amicitiæ mundanæ, & timor fragilis boni, corporis, nimis multos faciunt infideles, uel detegendo cauſſã dei, uel ſtando pro iſta uiriliter, uel mortẽ ſi oporteat patiendo. Vnde Luciferina eſt excuſatio, qua hypocritæ moderni dicunt, ꝙ non oportet hodie, ſicut in primitiua eccleſia pati martiriũ, quia nunc omes, uel maior pars cõuiuentiũ ſunt fideles. Ideo non ſupereſt tyrãnus, qui proſequat̃ contra Chriſtũ, uſqꝫ ad mortem membra eius. Et hæc ratio quare hodie non ſunt martires ſicut olim. Sed certũ eſt, ꝙ a diabolo adinuenit̃ hæc excuſatio in peccato, cum fideles ſtando pro lege Chriſti, ſicut & eius miles omnia a ſatrapis pateretur, ut dicat homo Papæ & Cardinalibus, Epiſcopis & prælatis alijs conſtanter, quomõ ex fide Euangelij iniuſte miniſtrãt deo in ſuis officijs, & faciunt periculoſam iniuriã ſuis ſubiectis, & ſtatim de internitione ſua, uel uno modo uel alio prouidebunt

Om̃es uiantes debẽt eſſe milites

uidebunt

uidebunt. Et conformis est ratio de dominis temporalibus & alijs, sed non tanta, quia abhominatio desolatiõis incipit a clero peruerso, sicut a clero conuerso cõsolatio fuit orta. Et sic non oportet nos Christianos uisitare paganos pro istis cõuertendis cum martirio subeũdo, sed prædicemus cõstanter legem Christi, etiam prælatis cæsarijs, & statim aderit florens martiriũ, si in fide & patiẽtia perduremus.

CAPVT XVI.

De Accidia quæ mediũ tenet inter septem peccata mortalia.

ALITHIA. Video ꝙ totus mundus est in maligno positus per peccatũ. Sed super unum mussito, cum tractares iam proximo de Accidia, uel torpore. Videt̃ mihi mirabile, quõ hoc pct̃m tenet mediũ inter hęc septẽ mortalia specialiter cum pct̃m omissionis sit primũ oĩm, tam quo ad cõsequentiã, ꝙ̃ quo ad tẽpus. Cũ sequit̃, si quis peccat, omissione peccat, cũ non põt esse ꝙ creatura peccet nisi omittat potissimũ seruitiũ debitũ deo suo in gratia quã extinguit. PHRO. Consydero paruũ fructum iacere in istis. Sed quia aduersarius noster Pseudis de mutitate nostra gauderet, aliquid est dicendũ. Consydero in primis, qđ erras in isto, reputans Accidiã pct̃m omissionis, cum sit pct̃m cõmissionis, licet ad illud sicut ad quodcunqꝫ factũ culpabile omissio cõsequit̃, cũ Accidia siue pigricia sit quiescẽtia culpabilis in aliq citra deũ. Tenet autẽ uitiũ istud sic mediũ, cũ sup̱bia ut dictũ est, sit p̃sumptuosa exaltatio creaturę peccabilis de seip̃a. Ad ip̃am cõsequenter sequit̃ Inuidia atqꝫ ira. Et necesse est ꝙ ad hęc tria torpor in dei seruitio consequat̃, cũ nihil eneruat magis spiritualẽ potentiã ꝙ̃ peccatũ, nec ad sapiendũ cœlestia magis appetitum hebetat. Ideo necesse est, ꝙ hæc tria peccata sequatur Accidia. Et cum sequitur ad tria peccata se i. Jõhan. vlti.

quentia certum est, qđ istud peccatũ est medium inter duos ternarios maledictos, sicut olfactus est medium inter duos binarios sensus extrinseci, quodãmodo coueniens cum utroq;. Et per hæc patet respõsio ad tuam arguriã, concędo ꝙ peccatũ omissionis est primũ omniũ peccatorũ, tam tempore, ꝙ natura. Verũtamen ad istud peccatum conuertibiliter sequit Accidia, & multa peccata alia. Sed decet ꝙ species peccatorũ. peccatũ omissionis habeãt tanꝗ caussam. Nec solicitor, si peccatũ Accidię sit caussa supbiæ, & cuiuscunq; peccati alterius, cum dicitur cõmuniter, ꝙ hęc septẽ crimina sese caussant. Enumerantur cõmuniter sedecim quæ Accidiam tanꝗ species uel cõuertibila cõsequunt, quæ sunt tepiditas, mollicies, somnolentia, ociositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperfectio, uel inperseuerãtia, remissio, dissolutio, incuria. ignauia, indeuotio, tristitia, tedium uitæ, desperatio. Est autẽ tepiditas paruꝰ amor boni, amore dei postposito. Et est prima radix Accidiæ, uel conuertibilis cũ eadem. Ex ista autẽ nascunt species aliæ consequentes, sic ꝙ correspõdenter, ut creatura peccabilis inordinate afficitur creaturæ. Sic sunt species Accidiæ capiendæ, cum accidus quiescat in amore indebito creaturæ, unde talis tepiditas cum sit ꝓpinqua hypocrisi, uomitũ prouocat spiritualẽ. Sicut eñ sunt exhalatiões calidæ, cõmixtæ cum frigido aqueo in aqua tepida, quæ prouocant ad uomitũ, sic sunt in hypocrisi quædã opationes bonæ de genere, cõmixtæ cum peccato hypocrisis. Et ideo Apocal. iij. dicit, ꝙ neq; calidus es neq;. &c. Nihil eñ tam prouocat deum (qui est ueritas) ad abhominatiõnẽ peccantis, sicut hypocrisis, quæ est simulatio sanctitatis. Omĩs ergo accidus, sicut omnis peccator peccat in hypocrisi, cum false simulat sanctitatem. Et ista tepiditate inficit totus mũdus. Ex hoc eñ caussatur quæcũq; pigritia, uel delectatio creaturæ rationalis indebita, quia si haberet amorem in deo satis intensum, torporem illum excuteret

Pctm̃ omissiõis est primum oĩm peccatorum.

Sedecĩ quę Accidiã tanquã species cõsequũtur.

Tepiditas quid sit.

Nihil tam prouocat deũ, sicut hypocrisis.

ret, & perfecte amando deum sibi debite deseruiret. Et cum peccatũ quodcunq; caussatur in tepiditate dilectionis, Patet ꝙ incuria, hoc est paruipensio, uel nõ curatio legis dei, & peccatũ quodcunq; actuale ad illã consequitꝰ Vbi quæso est maior ingratitudo, ꝙ amorem terminare finaliter in creatura abiecta, & deum quẽ debemus maxime oẽs diligere, non solum non diligere, sed odisse? Qui eñ sic blasphemat in deum, tradendo dilectionem creaturæ, quæ deo est ꝓpria, nimis ingratꝰ est, & blasphemus idolatra. Et sic facit qui subtrahit sibi dei seruitiũ, seruiendo indebite creaturæ. Nam fides scripturæ & uiuax ratio dictant nobis, ꝙ subducto ocio debemus continue seruire deo, nam sicut auis nascitur ad uolatũ, sic homo ad laborem, & hinc positus est in paradiso, ut operaretur illud, sicut dicitur genesis. ij. Si ergo beati angeli damnarentur, nisi seruirent continue & debite deo suo, quod priuilegiũ excusaret nos miseros, si subrahamꝰ seruitium dei nostri? cum terrenus dominus instar dei punit acute pro subtractiõe sui seruitij, ideo ociositas in dei seruitio est uorago, subtilius deuorans ociantem. Nam sicut continue plus incurrit magis debitum, sic cõtinue est profundatus in crimine, & impotentior ad satisfaciẽdum. Vnde diabolus non habet medium in homine magis aptum, ꝙ qđ uiderat ipm in dei seruitio ociosum. Et hinc diabolus Euam solam & quodãmodo ociantem aggreditꝰ ad tentandũ. Et sunt quo ad istam sententiã multæ concordãtiæ in scriptura, & multa cõsimilia. Vt qđcunq; potest manus tua instantius opereris. Vnde etiam dicitur Ezech. xvi. ꝙ hæc fuit iniquitas Sodomæ &c, & hinc Christus tam crebro monet suos discipulos uigilare. Cum eñ natura naturaliter operatiua, naturaliter appetit operari, dum deest operatio debita, potest defacili ad operationẽ indebitã inclinari, & si sapiat quicq; indebitũ, transit ex usu consuetudinis in delectabile. Ideo dicunt Philosophi, ꝙ usus est altera natura, unde de prudẽ

Mediũ diaboli in hoĩe magis aptum.

tia applicationis ad opus debitum, est maxime attendē-da, & specialiť ut dictū est, ut in oībus opationib⁹ nostris honorificeť deus, & sic ut intentio, ut oculus animæ maneat semp simplex. Necessariū quidē est nobis, ut habeamus spm̄ consilij atq; scientiæ, quid & qualiť est agendū, cum multi turbāť in animo ꝑpter defectū ordinis operādi, non solū opus corpis, sed p̄cipue opus mētis. Et hinc est ꝗ in religionibus priuatis, prælati qui sæpe spiritui sancto resistunt, ex sua dominatiua prudētia subditos sæpe confundūt, & hīc tales domus priuatæ, sunt cōmuniť nidus diaboli, quia ut diciť Matt. xij. Immūdus spiritus cū exierit ab hoīe sic religioso, acute in dei seruitio uigilanti, ambulat per loca arida seculariū, & non occurrente tentatione ad uotū, dicit ad seip̄m ꝛeuertar ad domū meā unde exiui, & inueniens eam uacantē, & scopis mundatā, facit eam generationē pessimā, & hoc ꝑpter ocium siue Accidiā cultus dei sapiētia limitati, quæ rogo est prudentia hoīs, ut præsumat regulariter subuertere istum cultum?

Domus priuatæ ordinum sunt nidus diaboli.

CAPVT XVII.

De uirtute Accidię opposita.

ALITHIA. Dic quæso de uirtute isti peccato cōtraria. Videtur em̄, ꝗ ꝑpter amplitudinē peccati, nō est aliqua specialis uirtus sibi opposita, cum cōtingit hoīem esse accidum in quocūq; genere operanti, & a modestia debita deuiare, ut oratio non potest isti peccato in toto suo ambitu esse contraria, cum multi torpent in opere, & quolibet genere quo seruirent. PHRO. Non expedit tractare de uirtute adæquati ambitus cū hoc peccati, sed satis est, ꝗ aliqua uirtus, imo oīs uirtus est sibi cōtraria, audiui tamen uirtutē quandā Theosebiā noīatam, quā quidā dicunt esse directe & adæquate pctō isti contrariā, cū sit uirtus

Theosebia opponitur accidię, quę et pietas dicitur.

deo

deo debite seruiēdi. Et hoc uitium est peccatū, q̄a serui/tio dei īordinate subtrahit, & sicut hoc uitiū, sic hæc uir/tus est in ecclesia satis āpla, tū a sacerdote summo usque ad laicū infimū oēs subtrahunt a seruitio debito deo suo, ut oīs sinistra puersio ordinis seruiendi dn̄o, cadere pōt in hoc uitiū, & ut incipiā a minera probabiliter ponit, ꝙ Romanus pōtifex sit p̄cipuus Antichristus. Ipse.n.fal/se fingit, ꝙ sit īmediatissimus & simillīꝰ in uita Christi uicarius, & p cōsequēs, sic uiator humillimus, homo pau perrimus, & a mūdo, ac a negotijs secularib. maxīe dis/tractꝰ. Sed q̄d falsus blasphemat in primā ueritatē, cū sit cōmuniter in sūmo gradu pc̄tī oppositi? Et sic intelligūt quidā dictum Christi Mat.xxiiij. Et cum uideritis abho minationē &c. Cū aūt mos sit scripturæ sæpe abstractū pro concreto intelligere, & ueritas magis abhominat̄ hu iusmodi antichristū, consonū uidet̄, ꝙ ipse uocetur abho minatio in abstracto, cum ipse pertinaciter sibi uendicat ꝙ in quantū statum illū occupauerit, taliter cōuersetur. Vendicat.n. ex dotatione cæsarea maxime dominati/uus, & ditissimus homo mundi. Sed quid Christo magis cōtrariū pauprimo? cū ipse testat̄ Matt. viij, ꝙ nō habet humanitus in proprio seculariter tantum de possessione ciuili, ubi caput proprium reclinaret. Ideo apostolus do/cet ij Cor viij. ꝙ Christus fuit pro nobis egenus & inops, & cum Christi egentia perfectionē sonuerat, manifestū est, quod nemo taliter poterat esse plus egenus. Quomō ergo talis Antichristus dicitur simillimus uicarius nos/tri Iesu? Et ex hoc patet quod non sit humillimus, sed ui carius regis Superbiæ summe elatus. Et quo ad nego/tia secularia magis patet, quod in manu sua est fons ple/nissimus huius fori. Christus tamen negauit Lucæ duodecimo se esse iudicem aut diuisorem super duos fra/tres, ubi negotium fuit minus ac satis modicū mūdiale, q̄a diuidere in clero nrō sc̄d'm legē iam currentē dignita tes cæsa/

Romanus pō/tifex est praecipu us Antichristus

Diuidere in cle/ro dignitates cę sareas est officiū plene diabolicū

tes cæsareas, & offitium plene diabolicum. Et ex istis nimirum infertur, quod ecclesia militans sit per istum hypocritam nimium desolata. Nam consolatio quæ debet esse ad uiuendum modo Christi, & secundum uitam cōtemplatiuam appetere bona cœlestia est extincta. Et cū istud periculum sit tam nociuum ecclesiæ. Christus nimirum præcipit, ut qui legit intelligat, & indubie postquam intellexerit, charitatiue usq; ad mortem detegat, quia aliter deus daret sibi de hoc superflue intellectū, & ipse damnabiliter absconderet talentum dominicum, & post istum magnum Antichristum, succedūt Antichristi minores, ut prælati cæsarei, qui satis deserunt offitiū, quod Christus eis instituit, & in alio offitio secundū legē aliam exundant, quia secundū Augusti. illud psalmi ix. Constitue domine legislatorē &c. de Antichristo intelligitur. Et sic ubi Christus ter sub obtentu suę dilectionis Petro & suis successorib. instituit, ut pascerent oues suas, talis Antichristus in lege sua limitat, ut depascant contrarie oues Christi. Quod si uolueris experiri, nota uitam Christi, & Apostolorum offitium, & uide quā cōtrarie nostri præpositi hos sequuntur. Nam prædicationis officium est proscriptum, & officium spoliandi subditos est inductum. Sed pseudofratres nō minus false atque sophistice, dicuntur pro episcopis supplere istud offitium, & sic ecclesia undiq; est decœpta. Et breuiter attendat homo ad praxim modernam, & leges Antichristi, & uidebit q undique sint contrarie offitio & legibus Iesu Christi. Nec dubium quin in alijs duabus partib. ecclesiæ, scilicet militari brachio atque popularibus rectū Christi offitium est peruersum, cum pene omnes damnabiliter consentiunt Antichristo. Hæc ergo hæresis inficit matrem nostram. Virtus tamen pctō isti cōtraria seruatur ad regulam in triumphante ecclesia, cum omēs diligunt ibi se charitatiue reciproce, & spetialiter prosunt in spiritualibus ecclesię militanti. Et cum Moises debet

Cōtra p̄lęlatos.

facere

facere omia, secundũ ꝙ in monte sibi hoc monstratũ est, ut dicit Exod. xxv, patet ꝙ plati nostri in spũalibus pro dessent præcipue subditis suis, sicut angeli ecclesiæ triũ phantis, sed Iordanis cõuersus est retrorsum, cum labor & solicitudo circa grauia & bassa, alias uana tẽporalia sunt deiecti, & per consequens plena & periculosa hære/sis pullulat in ecclesia militante, cum ubi debemus ex fi de oẽm solicitudinẽ in Christũ proijcere, retrorsum pro ijcimus econtra totam solicitudinẽ nostram in terrena. Et cum factũ nostrũ imponit realius sensum scripturæ, ꝙ uox nostra transitoria, patet ꝙ plures prælati sunt ma nifesti hæretici ex defensione reali pertinaci, qua contra riantur rectę scripturæ fidei sancti Petri, omnẽ solicitu/dinem in eum proijcientes. Et patet ꝙ plures sunt hære/tici reales, ꝙ uerbales, & patet in parte, quomõ infideliť a seruitio dei distrahiť per uersutias Antichristi, cum to tus mundus & clerici specialiter laborant per energumi nos energia carnis & seculi laborare circa cœlestia præ/termisso. Sed hic obijcit aduersarius noster Pseudis. Vi/detur (inquit) ꝙ omes creaturæ seruiãt debite deo suo, & supponit secundũ Augusti. ꝙ oportet omnem hoĩem seruire deo, uel faciendo deo qđ debet, uel patiendo qđ debet. Si (inquit) aliq̃ creatura seruit deo indebite, hoc foret potissime in dãnatis, sed illi sine accidia seruiũt po tissime deo suo, ergo oĩs creatura alia, quãte eĩn patiunť tante seruiũt, sed iustissime, acutissime, & institutissime patiunť, ergo seruiunt sic. Et cum impossibile sit uiantẽ peccare, nisi ex pœna inflicta a deo statissime puniatur. Videtur ꝙ idem sit iudiciũ de quolibet peccatorũ. Sed tolerare possumus, ꝙ hic Pseudis sic seruiat deo suo. Sed ad elidendũ suam supbiam sciat, ꝙ tam criminosi in uia quam damnati pœna perpetua nimis iniuste atq; indebi te seruiũt deo suo. Nam punitio siue damnatio est ex par te sua iniusta, & quantũ ad institutionẽ generalẽ huma/ni generis satis indebita, sed quantũ ad dei iusticiã & re

atum innaturalem peccãtis dicitur esse iusta, & satis debita, & nec est inconueniens, sed uerum, qđ idem est iustum & iniustum, secundũ disparem rationem.

CAPVT XVIII.
De Auaritia.

ALITHIA. Proseqre de Peccato Auaritiæ, & dormiat Pseudis noster, qa certa sum ex fide, ꝙ potentes & specialiter prælati Cæsarij, Vicarij Antichristi potenter tormẽta patientur, & sic seruitus sua erit potens, parata & iusta modo quo superius declarasti. Sed mussito quomõ Apostolus dicat. i. Timo. vi. Qꝫ radix omniũ malorũ est cupiditas, cum initium omis peccati sit superbia. Et iuxta tua dicta superius, peccatũ omissionis est primum omniũ. PHRONE. Quantũ ad dictum Apostoli, uidet̃ mihi, ꝙ intelligat mala militãtis ecclesiæ, cuiusmodi malum fuit in Pseudapostolis pro suo tempore, & futurũ in malis prælatis, & falsis fratribus quos etiam ꝓphetauit, & posset dici, ꝙ extendit cupiditatem, ad cupiditatem illicitam, tam temporaliũ, quã honoris, quasi diceret radix omniũ malorũ, in ista pręsenti & futura ecclesia est dicta, infamis cupiditas, in ipa em̃ cõuertit̃ cum sua supbia, cũ nẽo supbit, nisi qui cupit inaniter nomẽ suũ. Et ominoã, teꝗ̃ subrepsit hæc radix mala intra ecclesiã fuit talis cupiditas in diabolo, & primo hoĩe, & sic inpugnabilit̃ etiã a Pseude dicit̃ Apostolus. Qꝫ radix oĩm malorũ in ista ecclesia est infamis cupiditas. Nec mouet duplex obiectus, quando obijcis, cum talis cupiditas uel cõuertit̃ cũ Superbia, uel ipam includit ut genus, nec obest pctm̃ signatũ in nostra ecclesia habere radicẽ duplicẽ ꝓpinquiorem sicut superbiã, & distantiorẽ sicut omissionẽ in genere. Sed ꝗtũ ad Auaritiã põt dici, ꝙ ipa descriptiue ad nostrã intentionẽ, est inordinatus amor tẽporaliũ. Et in-

Auaritia quid sit.

telligo

telligo tēporalia, ut sunt uulgariter intellecta, scilicet ꝑ omi terrena substantia, quæ pōt esse de possessione hoīs. Intelligo etiā per tēporalia habitudines respectiuas in rebus terrenis fundatas, q̄s homo irratiōabiliter appetit, sicut dominia & honores mūdanos, quæ ex possessiōe talium oriunt̄. Et tunc patet ratio descriptiōis, & detestatio huius criminis cum declaratione in suis partibus subiectiuis. Inter omia nanq; pctā Auaritia habet plus irrationabiliter relongationis a deo, & hinc cum succensa fuerit, ardet diutius ex ꝓprio fomento. Terra quidem & terrena sunt corpora maxime opaca. & cœlo situalit̄ magis distantia, & magis extranea, ut facient hoīs appetitum, & sic discipuli Christi uendentes sua tēporalia, posuerunt eorum pretia ante pedes Apostolorū, ut legitur Act. iiij. ac si in facto dicerent, affectio temporaliū debet pedibus animi, hoc est appetitibus cōculcari. Et hinc legit̄ Apostolos sparsisse puluerē suorū pedū, qn̄ percœperunt causalit̄ obstinatos. Multi quidē reliquerūt legem dn̄i ꝓpter affectionē indebitā, quā habent in tēporalibꝰ ꝓsperari. Ideo ad denotandū q͂ Apostoli nō cupierūt tēporalia sui auditionē habet seipos in sua sepatione ab eis pedū puluerē resperserūt. Et utinā pseudo fratres sic facerent hodie in effectu, cū ergo tēporalia a deo maxime elongant̄, & in eo solum est naturalissimū mentē finalit̄ quietari, patet q͂ innaturale est, q͂ mens hominis temporalia sic indebite concupiscat. Et hæc ratio ponitur communiter, quare appetitus auari est insatiabilis tanq; hydropici, cū non potest in possessione uanorū tēporaliū satiari, sed q̄tūcunq; de illis habuerit, appetit bonum infinitum supernis deum suū. Ideo dicit Augustinus. Creasti me domine ad te, & inquietum est cor meum donec requiescat in terris. Nec est possibile ante hoc animam satiari, Ideo in Psalmo dicitur. Satiabor cum apparuerit gloria. &c. Cum inquiunt doctores, anima humana sit sublimior, & purior cœlo Empirreo, exaltari de-

bet magis a terrestribus in affectione, quam exaltentur cœli a terra in locatione. Non ergo faciat Auarus per suam cupidinem istud monstrū, ut faciat hoc cœlum ad similitudinem dei factum, tam innaturaliter terrestribus adhærere. Nam quantū in ipso est, cum deus inhabitare debeat in munda anima, ut speciali habitaculo, culpabiliter dislocat deum suum, & naturæ regulas conatur subuertere. Vnde ut dicit Bern. cum anima sit spūale cœlū, respectu cuius cœlum materiale dicitur desertum. Lucæ xv. pro quo cœlo spūali redimendo, dominus dignatus est mori, quāta ergo naturæ puersitas foret implere hoc cœlū terræ phantasmatæ, & supcumulare terrena phantasmata supflue super ipm? Ad id ualent multa uæ, quæ scriptura imprecat Auaris, & multa mala quæ ex peccato isto proueniūt. Certum quidē est, quod Ischariotes ppter auaritiam uendidit saluatorē, sicut mercantes simoniaci, raptores, periuri, homicidæ, usurarij, & ome genere uitij irretiti. Omes eñ tales pro affectione indebita temporaliū sunt seducti, & maior pars falsorū uiantiū ex affectione indebita trahit originem plus uel minus, ut patet de false mercantibus in foro cōmuni. De falsis simoniacis & multis alijs generib⁹ peccatorū. Vnde sicut Simon magus, sic Ischarioth sunt duces notabiles, ducentes secum magnū exercitū hominū auaricia seductorū, sicut patet malicias hominū particulariter deducenti. Ideo non oportet pro detestatione huius criminis ulterius laborare.

CAPVT XIX.

De uirtue opposita Auaritiæ.

ALITHIA. Dic nobis de ṽtute huic uitio opposita, & quia uidet aliquibus, quod illa uirtus sit liberalitas, alijs autē sit corporalis misericordia, & alijs quod sit congruus amor dei, ideo dic nobis

dic nobis rogo, quę istarũ sententiarũ tibi uidetur ꝓbabilior in hac parte. PHRO. Dixi tibi sępius, ꝙ uolo tractatum istorum tam inutilem uobis relinquere. Scio quidẽ ꝙ quælibet harũ uirtutũ, imo quælibet uirtus habet aliquam rationẽ Auaricię, homini & uitio cuilibet resistẽdi. Vnde pro cõtrarietate hic signanda, & in suis similibus potest dici, ꝙ sicut auaricia est inordinatus amor tẽporalia possedendi, sic uirtus sibi opposita, est ordinatus amor temporalibus usitandi, ꝙ consistit in hac regula, ꝙ quicũꝗ secundũ illam mensurã optet tẽporalia, secũdum quã mensurã sibi proficiũt ad æterna. Et caueat ne sua affectio sit nimis in tẽporalibus ꝓfundata, sed conetᷣ acquirere beatitudinẽ, cum parco usu temporaliũ, cum taliter fecit Christus cũ suis Apostolis, indubie uirtuose. Quia licet temporaliũ affluentia laudabiliter posset haberi. Vt patet de patribus legis ueteris, & multis in lege gratiæ. Laudabilius tamen & securius est seruare regulam Christi, cum magister optimus illam dedit. Ideo signãter dicit Aposto. i. Timo. vi. Nihil intulimus. &c. Nec uideo quin omẽs clerici sint ad istam religiosam & benedictam regulam strictius obligati, quia qđ amplius est, nedum a malo est, sed sapit auaritiã & exponit cupidum ꝑiculo spũali. Nam quid ualet illud qđ superest cũ non prodest corpori mortuo in sepulchro? nec animæ, nisi de quanto sibi proderit ad meritum, siue uirtutem. PSEVD. Video ꝙ allegas scripturã antiquã, scripturã corruptam atꝗ falsissimã, & dotationi approbatæ cõtrariam. Quis eñ dubitat, quin falsum sit, ꝙ nihil intulimꝰ in hunc mundũ, cum certum sit, ꝙ omẽs potẽtias animæ nostrę non organicas, & per cõsequens uirtutes naturales intulimus in hunc mundũ? Qꝫ falsum ergo est qđ nihil intulimus &c, Et euidentius falsa est secũda particula textus Aposto. quã allegas, scilicet, ꝙ non dubium nihil inde auferre possumus, tum quia potẽtias naturales animæ auferre possumus de hoc mundo, in q̄bus secun-

dum tuum arbitrium præmiabuntur, uel si nostrum demeritum exiget, punientur, tum etiam, quia secundũ fidem nostram, opera illorum sequunt̃ illos, & sic merita siue demerita aufferre possumus de hoc mundo. Et quo ad tertiam particulam textus Apostoli, ꝙ habentes alimenta, de illis debemus ad maximũ cõtentari. Quis dubitat quin uerbum illud sit insipidum & incultum? Primo, quia de naturalibus potentijs animæ. & de habitibꝰ eis insitis debemus amplius cõtentari. Secũdo. quia de meritis nostris. quæ non sunt alimẽta uel tegumenta debemus plurius cõtentari. Tertio, quia cum alimẽta ista & tegumenta non sint nobis finale præmium, non debemus ante executionem illius prẹmij finaliter cõtentari. Et ultimo, cum nemo sit prudẽs, qui nihil habet præ manibus, quod ipsum non tegat uel nutriat, non debemus adẹquate de illis alimentis & tegumentis in hoc seculo contentari. Quid rogo ualet illa corrupta sententia textus Apostoli quam allegas? PHRONESIS. Video qđ captiose latitas ad impugnandũ textum fidei scripturæ quem non intẹlligis, ideo primum discas sensum textus Apostoli, & postmodũ obijcias quantũ uelis. Loquitur em̃ Apostolus, illud pertinet suo ꝓposito de tẽporalibus adiacentibus hoĩ in suo interitu, uel exitu de hoc mũdo, Sed dic si nosti, quid de talibus tẽporalibus intuleris in hunc mundũ? Nunquid fuisti diues hæreticus anteꝗ̃ fuisti natus de matris utero? Aut nunq̃d congregabis tecũ diuitias in sepulchro? Intẹlligas igitur idiota de adiacẽtia temporaliũ, de quibus nihil intulimus in hunc mundum, sicut nec cum spiritu nostro quicꝗ̃ eorum auferre possumus de hoc mundo. Et pro tẽpore medio debemus pro alimentis & tegumentis adiacentibus cõtentari. Et quantũ ad tuam triplicem argutiam debes uerecundari ꝙ non sit digna memoria. Sed in tertia replicatione quadruplici, est tibi color maximus, ideo ad illam per ordinationem respondebo. Sed ad ruborem tuum dicam in
principio

principio, quod uteris incultis picatijs in textu Aposto-
li, quando tibi deficiunt argumenta, Non enim dicit A-
postolus, quod debemus præscise finaliter, uel ad max-
imum de istis bonis corporis contentari, sed speciuocat
per alimenta & tegumenta, quod de bonis fortunæ no-
bis adiacentibus, que sunt bona minima debemus cum
moderamine contentari, non negans quin debemus con
tentari de bonis medijs, que sunt bona naturalia, nec ne
gans sed implicans, quod debemus etiam contentari &
gaudere de bonis maximis, quæ sunt bona gratiæ & uir
tutis, & finaliter de deo debemus maxime gratulari, sed
quid hoc ad propositum sententiæ assignatæ? Et quan-
tum ad secundam tuam argutiam patet, quod currit sub
eadem instantia friuola, sed non nocet. Et conformiter
dicitur ad tertiam tuam pictatiam. Sed quo ad ultimam
quæ habet colorem maximum, intelligo, quod prudens
Apostolus intelligit per alimenta cibum & potum quæ
ad perficiendum opus meritorium sufficiunt uiatori,
ideo non dicit, quod debemus lauticias habere, uinum
& edulium sumptuosum, sed alimentũ quod nobis suffi
ciat ad merendum, non negans quin in casu quo sit lau-
tius & ad merendum expeditius, cum gratiarum actio-
ne debita debet sumi. Et sicut uidetur mihi intelligit
subtilis Apostolus, per tegumenta necessaria panno-
rum genera &, domorum, de quo binario debent om-
nes uiantes in suis gradibus contentari, ut uiri per-
fecti Apostolici, non habentes superfluitatem in ci-
barijs sumptuosis, uel etiam nimis multis. Et quo ad
tegumenta in pannis, quod omnino non utantur super-
fluis, uel nimis sumptuosis, sicut Apostoli qui fuerunt
pro simul Christi de una tunica contentati, uocando tu-
nicam pannum illum qui eminẽtius tegit corpus, nec ha
bebant in domicilijs proprietatem domorum, & omni
no carebant altis domibus, & ad onus proximi sumptu
osis. In omnib. autem istis excessibus laborant fratres,
& spetialiter

&ſpetialiter quo ad exceſſiuum numerum, quo ad ſumptuoſitatem iſtorum, etiam omnino quia fratres nec de labore corporis, nec de ædificatione ſpirituali faciunt debitam reconpenſam, Et cõformiter dico tibi, quo ad dotationem eccleſiæ, non enim uideo quin peccatum ſapiat cum eius hæreditatione propter multa mala, quæ exinde proueniunt, non tamen uideo, quin licet habere prouiſionem moderatam ultra neceſſitatem alimenti & tegumenti, dum tamen præſciſe per media licita ſunt quęſita, hoc tamen raro, uel nunquam euenit. Ideo Chriſtus & eius Apoſtoli ſeruauerunt gradum ſummum perfectionis. ideo nota ꝙ Apoſtolus non dicit ꝙ præſciſe de alimentis & tegumentis ſint ſinguli contentati. Sed dicit quod de elimentis & tegumentis ſimus contenti, intelligens non ſolum illa quæ de facto alunt uel tegunt, ſed illa quæ debent in modico tempore de congruo ſic tegere uel nutrire, ſic omnino ꝙ caueatur acquiſitio uel ſeruatio culpabilis de eiſdem.

Dotatio Eccleſiae.
Licꝫ habere prouiſionem moderatam ultra neceſſitatem alimẽti et tegumenti.

CAPVT XX.
De Gula.

ALITHIA. Rogo nunc frater Phroneſis, ut pe Gula & eius contrario procędas, ſeruãdo eundum ordinem quem ſeruaſti. Miror tamen ex dictis tuis cum coloras implicite, ꝙ eccleſia ex hoc peccauit, quia dotationem accœpit, & regulã Chriſti deſeruit, cum habendo quodcunque dominium, põt homo ſatis deuote uiuere, & uti temporalibus ſatis parce. PHRO. Placet ſeruare hunc ordinem quem ſignaſti. Sed in primis uidetur mihi, quod nimis laxe & læuiter capis ſententiam quam prędixi. Non enim uideo uel ſuppono, ꝙ Silueſter uel quicunqꝫ alius accœpit dotationem Cæſaris perpetuam non peccando, quia licet illa pſona peccauit leuiter; dedit tamen ſtulte occaſionem in

firmis

firmis posterioribus plus peccandi, cum ante dotationẽ quando uiri apostolici fuerunt plus humiles, ad merendum tenebantur, quantũ tunc suffecerunt ecclesiæ promereri. Et modo ratione dotationis, sunt plus obligati, & minus humiles, sequit͛ qđ stulte supra uires se ad proficiendũ ecclesiæ obligarunt, sed stultitia insolubiliter stat in isto, qđ ex hoc ad promerendũ uel prodessendũ ecclesiæ se inhabilitant, & mandatũ siue Christi consiliũ, ꝑpter amorẽ tempaliũ, uel eorum dominiũ reliquerũt. Sed quæ excusatio est in isto? Supponi autẽ potest, ꝙ Siluester & sancti cæteri ante mortẽ de tali stultitia sunt cõtriti. Sed absit hoc credere, qđ in cõuersando, Christo, uel suis Apostolis erant pares, cum nemo debet sequelã eorum accipere, nisi de quanto choraulam impeccabilẽ Christũ ducem exercitus sequebat͛. Et quantũ ad iniunctum tuũ de Gula. Videtur mihi in primis, ꝙ taliter describi poterit. Q. Gula est inordinatus appetitus sumẽdi cibaria. Et patet, ꝙ homo potest esse quantũcunꝗ famelicus, uel nunꝗ uesci datis cibarijs, cum hoc ꝙ ad illa cibaria sit gulosus. Gula eñ per se consistit in appetitu, uel uoluntate indebita, non in facto. Ad detestandũ aũt Gulam, militant rationes multiplices. Primo naturale exemplũ, qđ homo exupat bestias in irrationali appetitu, & sic uidetur esse magis irrationalis bestijs appetitu. Nam bestiæ de nascentibus terræ, quantũcunꝗ affuerit, moderate comedunt, & tunc cessant. De aqua etiã bibũt tempate, quantũ eis profuerit. Homo autẽ plus bestialit͛ in gastrimargia est dilapsus, hoc est mergẽs in uẽtre putrido tanꝗ castro uescibile datum a deo, non ad profectũ ecclesiæ. Et sic hõ euertit signa naturæ, quia homo in cõparatione ad alia animalia suæ magnitudis, habet os minus secundũ philosophos, ad docendũ hominẽ, ꝙ utatur uescibilibus ãplius bestijs moderate, modo autem facit econtra. Secunda euidentia est, ꝙ Gulosus ut sic multipliciter cõmittit iniurias, contrariat͛ in primis corpori

Gula quid sit.

Gastrimargia.

Homo in cõparatione ad alia aĩalia habet os minus.

V

ꝓprio indiſponens ad naturalem fortitudinē, qua ſerui/ ret deo & ſuæ eccleſiæ, intantū, ꝙ ut homicida ingratiſ/ ſimus pluries occidit ſemetipm. Iuxta illud Cōſtantini cōmune prouerbiū. Plures occidit gula ꝗ̄ gladius. Iniu/ riatur etiā multipliciter proximo. Primo faciendo uen/ trem & os cloacam, inficit aerem, & ſic in parte generat peſtilentias. Secūdo in hoc, ꝙ uires tam corpis ꝗ̄ animę quibus prodeſſet proximo, hebetat uel cōfundit. Et ter/ tio in hoc, qđ ueſcibilia, quæ de lege naturæ debent eſſe cōmunia, iniuſte deſtruit, non ſolū iniuriādo paupibus, ſed etiam toti eccleſiæ, & toto ſponſo. Finis autē profe/ ctus ex tali gula cōſequens, ſtat in iſto, qđ p̄parat eſcam uermibus, & iniuriatur tam deo, ꝗ̄ proximo. Ideo philo ſophi cōſyderantes ordines cauſſarū finalium, ſic cōclu dunt, Multi manducāt ut uiuant, & multi uiuunt ut mā ducent. Ii autē qui ſtatuunt pro cauſſa finali, ut tempore aptato ueſcantur cibarijs, ad uitæ ſuæ conſeruationē, & officiū ꝓmerendi, illi manducant ut uiuant, cum de tan to ſunt cibaria aſſumēda. Sed illi qui aptant ſuam uitam finaliter, ut uoluptuoſe ueſcāt̄ cibarijs inordinate, uiuūt ut comedāt. Et patet in quo moderamine. & gratia cui⁹ finis cibaria debent ſumi. Sed tertiū ſumens ad deteſta/ tionem Gulæ, eſt teſtimonium ſcripturarū. Chriſtus em̄ qui menſuram in ueſcibilibus non poſſet excedere, qua/ dragītà dies ieiunauit, non mādducans, nec bibens, ut di/ citur Matth. iiij. & Marci. i. ad exemplificandū indubie ſuis fratribus, qđ debent cum prudentia ieiunare, Cum Adam primus homo peccauit in Gula, neceſſe eſt ut ſua poſteritas ipſam meminens ieiunet, ad ſtatum naturalē beatitudinis reducēdū, cum non ſit peccatū modicum, tam ſalubre Chriſti exēplum ſpernere, & ſeipſum tot in cōuenientijs uolutare. Vnde exemplū ſcripturæ docet qđ moderate ieiunans eſt diſpoſitus tam ad ꝓphetiam, ꝗ̄ ſcientiam, ad cœleſtem influentiam capiendā. Vt pa/ tet de Moyſe, Helia, & Daniele, & cæteris qui per ieiuni um

Prouerbium.

Adam primus homo peccauit in Gula.

Moderate ieiunans eſt diſpoſi t⁹ ad multa bo na.

um seipos tam mente, quam corpore exaltarunt. Non tamē uideo quin contingit hominem, licet raro per ieiunium stulte seipsum consumere, ideo necesse est uiantes seipos cum prudentia regulare, non solum quo ad quantitatem cibarij, sed etiam qualitatem. Vnde metricus consyderans Gulæ species, ponit quod quinque modis contingit gulosum abuti cibarijs. Primo præueniendo tempus debitum, ut ij qui nimis sero, & nimis mane assumūt cibaria. Secūdo in assumptione cibarij, etiam hora indebita, indebite pperando. Tertio nimis lauta & sumptuosa cibaria præparando. Quarto nimis excessiue quātitatem cibarij assumendo. Vnde uidetur mihi, quod melius & deo acceptius est pro seruando ieiunio multiplicare uices. quā quantitatem. Quinto ille qui studet indebite se circa ordinem cibarij, incidit in speciem Gulæ damnabilis. Vnde uersus. Prę propere laute nimis ardenter studiose. Et inter omia peccata huius peccati sensibilitas, amor boni proprij, & exemplatio mandati dominici faceret ad hoc uicium detestandum.

CAPVT XXI.

De Virtute opposita Gulæ.

ALITHIA. Dic de ⱱtute cōtraria huic gulę, quā quidā dicūt abstinentiā, & quidā moderantiā. & quidā ordinatā uoluntatē uescēdi cibarijs. Non em̄ uidet, quod abstinētia contrariet huic uitio ppter multa. Primo, quia abstinētia dicit priuatiue & analogice rei carentiā in facultatē hoīs assumendā. Nō ergo ē speciale cōtrariū huic gulæ. Similit quicunque qs abstinet, utit abstinētia, sed hoc pōt tam bene, quam male fieri priuatiue, cū ergo cōtraria sūt circa idē, uidet quod sic abstinēdo. nō utit ⱱtute cōtraria huic gulæ. Similit scd'm ueritatē phorū & theologorum. Oīs ⱱtus hoīs subiectat in intellectu, uel ad minimū in potentia sensitiua, sed abstinētia nō. Nā in illa pte hoīs q abstinet a uescēdo, est abstinētia subiectata, & sic abstinentia est

in manu uel ore, quod est nimis extraneū a uirtute. Dimitto obiectus Pseudis quibus arguit, quod abstinentia uescibilium non est, nisi dum illa fuerint, & per cōsequens oportet ad abstinentiā hoīem uesci illis. Sed iste obiectus est Gulosi & stulti, ac si intenderet, quod nemo abstineret a uescibilibus, nisi ipa uescibilia indebite deuoraret. Cōstat quidē philosophis, quod cœcitas est uisus carentia, dum ille uisus defuerit, quare ergo non est cibarij abstinentia, dū illud defuerit? quādoque tamē habet rationē maioris pœnalitatis, quod hō a cibario delectabili abstinet, dum est præsens, quia libera præsentia talium fortius mouet appetitum. Quantūcunque ergo gulosus quis fuerit, quādoque se abstinet, cum non poterit perpetuo manducare. Etiā cōtingit, quod post esum improuidū statim se abstineat uirtuose, non ergo talis abstinentia, quæ subito potest aduenire atque recędere, erit uirtus. Et ex isto patet, cum homo potest inopinate uti cibarijs, quod abusus eorū non est uitiū Gulæ, sed indebitus appetitus. Esau eñi cōmisit gulam, decoctionem offæ Iacob fratris sui indebite appetendo: De quo Geñ. xxv. Ideo ut dictum est, gula non per se stat in uescenti a culpabili, licet actus talis uescentiæ quādoque auget, quādoque diminuet ipam gulā. Quo ad secundā speciem, quæ dicitur moderantia, uidetur quod solum cōsistit in actu, cum tamē uirtuti sit proprium consistere quādoque in habitu. Sed de obiecto consydero, quod solūmodo est uerbalis, cum contingit hominē esse moderatū, pro tempore, quo non est in uescendo cibarijs. sed de tertia nominatione uirtutis gulæ oppositę mihi maxime placet, PHRO. Satis acute arguisti contra primā speciem, ac si Pseudis habitum induisses. Sed consydero quod in secūda specie uirtutis partialiter cōtentaris, Et in tertia satis plene, & satis est mihi, quia ut dixi sæpius, nolo in ista contentione indebita īmorari. PSEVDIS. Video quod excusas te friuole, quando times acutiem argumenti. Quis eñi dubitat, quin gula consistit in actuali abusu uescibilium? Et per

Obiectus contra ieiunium.

consequens

consequẽs uirtus sibi opposita consistit in usu uescibiliũ moderate? Et cum cõtinue sit usus alius, uidetur ꝙ uirtus gulæ cõtraria in successione consistat, & homo abstinẽs uel dormiens non foret taliter uirtuosus, cum nunc non habet usum cibarij assumendi, quia non adtm̃ infatuas, ut dicas hominẽ uti cibo & uino, quæ in cellarijs tibi ab/sconditis atq; seratis contra tuum placitũ includuntur. Sicut ergo Gula consistit in actu successiuo, sic & uirtus sibi opposita. Similiter uidetur, qđ blasphemas in deũ tuum iustum & bonũ, quia dicis ex uirtute moderantię, quãdoq; debere hominẽ ad magnã pœnam corporis per tempus notabile abstinere, sicut patet de Moyse, Helia, & Christo, qui quadraginta dies & noctes ieiunauerũt. Quis em̃ dubitat, quin tale ieiuniũ posset facere hominẽ ethicũ uel ptisicum? Et sic cum uirtus reguletur prudẽtia, & deo mouente finaliter, uidetur qđ deus mandaret indebite hoĩem ad mortem ꝓpriam ieiunare. Nam sicut in excessu cibarij, sic in eius abstinẽtia mors cõmuniter pręparatur. Deus ergo bonus non sic præcipit ieiunare, sed satis est pro ieiunio hominẽ uti regulis medicinæ, scilicet ꝙ pascatur tante & taliter, qualiter sibi proderit ad salutem. Quis ergo stultus diceret, ꝙ homo seip̃m occi/deret uirtuose? cum decalogus præcipit, Non occides. Et certum est, ꝙ homo potest ualde distanter in tempo/re seipsum occidere, quia accelerare stulte mortem pro/priam, qđ est culpabile. Sed quis scit, si ex tali abstinen/tia istud eueniat? Vtamur ergo prudenter uescibilibus, & satis est. Similiter regula seruandi ieiunium est cõiter generalis, & per consequens debet a fidelibus generalit̃ fieri, sed cum hoĩes sint diuersimode complexionati, patet ꝙ illud ieiuniũ quod foret uni homini ad salutem, al/teri foret ad mortẽ. Sed quis sapiens talem regulã ordi/naret? PHRONESIS. Delector in tuis obiectibus, quia per obiectus tuos friuolos, seduci possunt incauti. Et ideo respondendum est illis, ut cautius caueantur, &

Uerum ieiuniũ quod est.

quo ad obiectus tuos alios plus uiuaces, saltem mouent dubia diffusius declarāda, & sic utrobiq; sicut & peccata proficiunt. Quantū ad primum patet, qđ uirtutes quo ad suas essentias consistunt in habitu, & quo ad fructus suos, & profectum hominis consistunt in actu, ut beatus Iacobus declarat de fide. Vnde in prędicatione secundū habitudinem actus tales & habitus de se reciproce prædicandū, & uulgarit̄ uirtus Gulæ opposita. sicut & Gulæ uitium, accipiuntur in prædicatione secundū habitudinem pro actu, uel opere fructu eorum. Nullus tamen philosophus ad tantū infatuat̄, quin satis noscit, q̄ opus, uel actus talis non sit essentialiter uirtus aut uitium, sed potius habitualiter fructus eius. Ideo oportet fideles pro intellectu scripturæ æquiuocatiões istas cognoscere. Et sic uere cōcludis, qđ actus Gulæ & uirtutis sibi oppositę consistit in successione, sed est dare longe alterius naturæ habitum dormientem, & sic nimis æquiuocas. Ad secūdam tuam instātiam, quæ est subtilior primo intellige, qđ nunq; actus ieiunij præcipitur a prudēte, nisi propter habitum & fructum alium magis bonum, ut quandoq; pro crimīe p̄cauendo, & quādoq; pro cōmisso crimine abstergendo, ut multi spumarēt in libidinē atq; luxuriam, nisi cæteris paribus ieiunarent, ad abstergendū multa scelera perpetrata, expedit multis ut doleant ieiunando. Et sic ieiunium quod est abstinētia a peccato, est cōmendabile tanquā finis. Vnde Esaie, lviij. scribitur. Nunquid hoc est ieiuniū quod eligi, dicit dominus? per diem hominem affligere animam suam, sed potius in abstinentia a peccato, & cōpletione operis uirtuosi, & narrat multa opera, quæ in suo populo defecerūt. Et ut pharisęos nostros alloquar, oculi nostræ religionis priuatæ supercilio isto pharisaico nimium sunt cœcati. Plus em̄ appretiantur corporale ieiunium, uel eius ruptionem, quæ patent ad oculum, quā ieiunium spirituale, ideo libera nos domine a stulticijs istorum ordinū. Et sic concędi

Fratrū et p̄hariseorū nostrorū p̄ępostérū ieiunium taxatur.

cędi debet, quod homo in multis casibus debet esse causa per accidens, quare corporaliter occidatur, ut patet de ieiunantibus atq; martiribus. Nec exinde incurrit hō præuaricationē scd'i mādati secundæ tabulæ. Non occides, cū debet itęlligi q; nemo debet iniuste occidere. Aliter enim deus qui dicit Deuterono. xxij, Ego occidam, & ego uiuere faciam, percutiam & ego sanabo &c. foret communissimus homicida, ideo uideamus quod non iniuste uel imprudenter abbreuiemus in hoc sęculo temp⁹ nostrum, sed debemus audacter hoc facere, cum scimus quod in alio seculo beatis prodest ad præmiū. Et sic deus præcipit debite hominē multa facere, quæ inducūt mortem propriam corporalem, cum bonum uirtutis ex hinc acquiribile sit longe melius, quam uita hominis temporalis, & sic supra medicorum artem, oportet nos in statu beatitudinis figere fidem nostram, & ultra quam medicina præcipit, præcauendo mortis secundæ periculo prudenter in multis casibus ieiunare. Ad tertiam tuam instantiam dico, quod uerum in maiori parte cōcludis, scilicet, quod ieiunium hominum communiter est imprudens, & sic generatio adultera, sensibilia signa quærens, & fructum eorum obmittens decipit plurimos cum se ipsa. Vnde multi quibus non conuenit istud ieiunium, sunt ab illo per regulas hominum excusati, ut iuuenes & pregnantes, senes, infirmi, & corporaliter laborantes. In istis tamen potest esse sophisticatio ex hoc, quod homines non debite abstinent a peccato. Ad tantum enim & non amplius lego de Christo, q; tale ieiunium corporale ponderauit. Vnde eius discipuli sine suo inproperio spicas fructuum manibus confricarunt, & edebāt, quos nō uituperat, sed contra Pharisæos excusat, ut patet Matt. xij. Et sic ratio tua ac difficultas quam moues sunt superficialiter solutæ.

Ieiunium hominum est communiter imprudens.

CAPVT XXII.
De Luxuria.

ALITHIA.

ALITHIA. Supereſt tibi de Luxuria, & eius contrario pertractare. Cum ſicut dixiſti, corpus quod nimis paſcitur, cõmuniter ſpumat in libidinem. Ideo corporalis abſtinentia ſaltem a prouocantibus ad luxuriam, deuota meditatio ꝙ uilis erit caro mortua, & conſyderatio de præmio obtinẽdo, & de ſupplitio præcauendo moueret uiantes ad hoc peccatum Luxuriæ deteſtãdum. PHRO. Placet de ſententia quam iniungis. Et primo uidetur mihi expediẽs, ꝙ Luxuria deſcribatur. Poteſt autem ſic deſcribi, quod eſt illicita uoluntas membris genitalibus abutendi. Et conſiſtit communiter circa ſenſibilia ſenſus tactus, iſtorum membrorum. Sicut Gula conſiſtit communiter circa inordinationem ſenſibilium obiectorum ſenſuum guſtus. Et ſic quamuis actus inordinatus iſtius peccati, cõſiſtit communiter circa abuſum membrorum generandi & ſeminis effluxi, tamen peccatũ eſt radicaliter in anima. Cum Chriſtus dicit Matt. v. Omnis qui uiderit &c. Opera tamen iſtius uoluntatis indebite cõſiſtunt cõmuniter circa uirtutem generatiuam & eius ſubiectum, & per conſequens circa tactũ membrorum generatiuorũ taliter neruoſorum. ALIT. Pſeudis hic obijcit, & circa iſtud in parte muſſito, cum per ſe finis huius actus naturaliter intendiť a natura, Videť ꝙ natura, & ſic deus ordinauit media, & ſic operationes naturaliter ad eundẽ. Sicut ergo deus ordinauit, ꝙ homo generaret hoĩem ſecundũ ſexus diſcretõem, & ordinauit uirtutes ad taliter ꝓcreandum, ſic uidetur eſſe licitum & deo placitũ, quod homo ſic procreet, quia ab eo qui non poteſt in ordinatione deficere ſic eſt æternaliter ordinatum; quomodo ergo non mereretur homo in completione ordinationis diuinæ? cum membra, materia, & uirtutes ac uehemens appetitus taliter procreandi, naturaliter ſunt homini inſita, ſicut omnia ad completionem illius opis requiſita. Et tota iſta materia tractatur diffuſe per anathomicos

Luxuria quid ſit.

natu-

naturales. PHRONE. Hic dico tibi & cuilibet stolido aduersanti, q̄ pcreatio & prolis generatio, sicut & sua media est homini naturalis, sicut actus supbię, actus irę, & actus gulę. Imo ut placet sapiētibus, actus q̄libet positiuus, cū sit creatura placerēt producta a domino, ideo nō dubiū quin tales actus possūt esse meritorij & ꝟtuose laudabiles, cum occurrerit circūstantiæ ad denominatione uirtutis debite requisitę, ut pcreans scd'm fornicationem simplicē natū ex fœmina, patet in eodem tēpore, secūdum ligamenta matrimonij ex eodem eundē puerū pcreare, & tunc foret actus ex matrimonio satis licitus, & in casu meritorius, ubi iam est uitium reꝓbandū. Ideo dicunt Metaphi. q̄ uitium dicit cū habitu uel actu huiusmodi circūstantiæ bonæ carentiā uel defectū, & per hoc dicūt, q̄ uirtus non potest esse uitiū, nec econtra, nec uitium est solum actus uel habitus, sed aggregatū ex illis, & circūstantia uitiosa. Licet uirtus & uitium dicant cōmuniter talem habitum tanq̄ partem eius principaliorem Et in ista æquiuocatione contendunt multi inaniter, & sic positiuū in talibus a deo intendit' et creatur. Et nō intenditur nec fit a deo q̄ sit habitus uitiosus. Et sic notanda est tibi distinctio pro dissensione sedāda. quomō nomina talium uitiorū quandoq̄ significant cōcretiue, respectu talis peccati simplicit' pro toto aggregato, & q̄nq̄ personaliter pro huiusmodi creatura, ut actu uel habitu in quo defectus huiusmodi est fundatus. Sicut enim diabolus non potest esse sine deo, sic pctm̄ non potest esse sine fundamēto in creatura bona. Videtur tamen mihi, q̄ multi habitus uitiosi, sunt inseparabilit' mali, licet inseparabilitas peccati nō per se insit creaturę dei. Deus ergo facit fundamentū peccati, & creatura mala facit defectum, de quo deus gratiose facit bonum. Et sic est nimis turpis deceptio si luxuriosus ut instrumētum dei facit bonū positiuū, tunc non in hoc est culpabilis, cum faciat bonū male, nec attingit ad caussationē spiritus humani

Ois actus placet deo.

ideo non potius facit hominē, quam diabolus facit beatitu/dinem. Ponūtur autem cōmuniter quinque speties luxu/riæ corporalis. Primo est simplex fornicatio, quæ est inter solutum & solutā. Secūda est stuprū, quæ est illicita defloratio uirginum. Tertia est adulterium, quod est alterius thori uiolatio, quod potest fieri tribus modis. Quarta est incœstus, qui est cōsanguinearū uel affinium abu/sus, sub qua specie, religiosorum & sanctimonialiū luxuriæ sunt contentæ. Quinta est peccatū contra naturā, quod habet multas speties maledictas. Cōmuniter autem fit, quando semen effundit indebite, & extra locum naturalem, quod potest fieri multis modis, sicut multis modis potest homo abuti uase debito ex natura. Et uitium istud Sodomiticū more Apostoli generalit est tangendū, ne ex uerbis inprouidis detur occasio ad illud turpiter cō/mittēdum. Vnde uidetur mihi, quod pro loco & tēpore, nō omino debet sub silentio preteriri, cum diabolus scit docere iuuenes extra mulierū consortiū hoc pctm turpissi/mum. Et spetialiter assistente copia iuuenū masculorū separatorū a fœminis, uoluptuose uiuentium, & a laboribus otiantiū. vnde Ezech xvi. Hæc fuit iniquitas Sodomæ &c. Ideo cauēdum est priuatis ordinibus, ne incidāt in hanc culpam, cum multi sunt superbi homīes, ibi lau/te & uoluptuose conuiuentes a laboribus hominū ociantes. Et cōmuniter ex sua hypocrisi a fœminis separati. Istud autem peccatū habet inter luxurias corporales ex/cusationem minimā, tunc ex parte fœminę sit minor excitatio ad peccandū, plus peccatur contra naturā. Et cōmuniter libido est habūdantius accensa. Vnde istud peccatum inter quattuor dicitur clamare ad deum, ac si materia seminea cum uirtute informatiua, quæ foret caussa producēdi hominē in dispositione ppinqua, ut sic homo clamaret ad deum pro uindicta, ex quo sic innaturaliter extinguitur. Et hinc tam a deo, quā homine pro isto pec/cato uindicta acute accipit. Ex hinc em Sodoma & Go/morra

Quinque species luxuriæ.

Peccatū monachis cōissimum.

morra, cum suo populo submersa sunt, ut patet Genesis xix. Ex hinc em̄ patet, qđ deus subito percutit homines usq; ad mortem, ut patet Genesis. xxxviij. Et ex hinc secundum leges hominum tales Sodomitici singulariter sunt occisi.

CAPVT XXIIII. De Castitate.

ALITHIA. Rogo dicas de Castitate, generaliter uitio isti opposita, quia de pctō isto specialiter est abhominabile mihi loqui. Sed de necessitate istud uidetur peccatū procędere ut superius asserebas. Nam quodcunq; opus naturæ habet antecędens ad ipsum necessitas, sed hoc est opus naturæ, ergo &c. Et ista cōmuniter est ratio ad necessitatē in productis singulis inducendū. Sicut em̄ in ꝑductione secundæ personæ diuinæ est caussa necessitans, ita uidet̃ q; in ꝑductione ad extra cuiuslibet creaturæ, nam capta uolitione diuina cū dispositiōe, & caussa quacunq; creata sufficienti ad producendū effectum, quæro si sequitur ista caussantia ponunt̃, ergo hoc caussabile consequit̃, si sic cōpletæ caussæ istorū ad ista necessitant. Et sic ascendendo q̊usq; ad cām primā & ultimā sit deuentū. Si autē caussę assignatę nō necessitāt ad producendū A. effectū, tunc cū requirunt̃ alię, non oēs caussæ fuerūt plenius assignatę. Et ut suppono deus distinctissime intęlligit oēs caussas cuiuscūq; caussabilis, licet nobis fuerit infinitę. Et ista rō mouet me cū alijs factis supius cap. ix. ad credendū, q; oīa futura de necessitate eueniāt. PHRO. Moneris ꝓbabiliter, licet ego cū meis similibus recalcitraui sæpius contra istam sententiā tanq; summe hæreticam, & libertatem dei penitus extinguentē, ideo bonū est ad tempus conclusionē istam cum moderamine subticere. Veruntamen illa concęssa sequens est, q; omnia peccata mundi de necessitate euenient, & per consequens quod

omnes peccatores secundũ formã, qua deus decreuerat, punient, & totũ hoc facit ad pulchritudinẽ uniuersi. Sed dimittendo istam materiã, notanda est distinctio charitatis & castitatis. Aliqua est em̃ castitas uirginalis, quæ uocatur uirginitas. Alia est castitas cõiugalis, & alia uidualis, & alia generaliter est castitas, qua quis uirtuose se continet a pctõ luxuriæ, quomõcunq; in circũstantijs fuerit uariatus. Hæc autẽ uirtus castitatis dicit cœlibatus, quia beati in cœlo nõ tentant pctõ sibi opposito, sed dicunt ꝟgines quomõcunq; hac luxuria fuerint maculati. Om̃es em̃ isti (ut dicit Apocal. xiiij.) sequẽtes agnũ, sunt uirgines, dum cum mulieribus non fuerunt usq; ad mortem coinquinati, sed a dãnatione perpetua per Christum & matrẽ suam uirgines præseruati. Sicut em̃ mat Christi est uirgo fœcunda, sic triũphans ecclesia sponsa sua. Nec dubium quin uir quicunq; cui placuerit deo, a deo suffragari, habet sufficientẽ potentiã, & media satis disponentia ad luxuriam præcauendũ. Fugiat autẽ om̃ino consortiũ personæ uel suppositi, quo posset in isto abuti, & om̃ino abstineat a cibario, ne corpus suum ad commissionem huius criminis spumet. Ideo caueat damnandus, pro hoc crimine de medijs ad ipsum necessitantibus. Q; si dicit ꝙ necesse est media illa poni, deus ipsum puniens non facit sibi iniuriam, sed dat sibi esse naturalium & damnationẽ tam corporis, q; animæ gratiosam, cum deus nõ potest punire creaturã suam, nisi ipsam punierit gratiose. Ideo inexpugnabiliter om̃is homo debet intendere castitati, qđ si nõ facit culpabiliter pro pœna & dei iusticia ex integro erit salua. Et correspondenter sicut est spiritualis uirginitas & corporalis, sic est spiritualis luxuria, spiritalis castitas, & spiritalis procreatio, quæ est principalius attendenda. Christus em̃ spiritalis spõsus ecclesiæ est, & sicut omnis alius homo debet esse mẽbrum ecclesiæ, sic debet esse spiritualiter sponsa Christi, ꝙ si adulterat. cum diabolo, carne, uel mundo, uiuen

Diuisio castitatis.

Duplex uirginitas Luxuria dualex et castitas duplex.

uiuendo in hoc ſeculo criminoſe, tunc diſſoluit ſpiritua-le matrimoniū, & ſpiritualiter fornicatur. Nec pōderat̄ corporalis luxuria, niſi ꝓpter luxuriam ſpiritualem. Et ſic loquit̄ Hieremias & ſancti cæteri de luxuria ſpiritu-ali. Et ſic ſpiritualis caſtitas, quo ad ſponſum eccleſiæ, cum in patria debet eſſe uirginitas, eſt præponderantius obſeruanda. Et ita ad ſpirituale procreationē debent fi-deles, & ſpecialiter prælati magis attendere, modo quo loquitur Apoſtolus. i. Corinth. iiij. In Chriſto Ieſu ego uos genui. Et modo quo debet frater iunior fratris prio-ris mortui ſuſcitare ſemen ſecundū legem ueterē, ut pa-tet Geneſis. xxxviij. Chriſtus autē frater noſter ſenior, ut dicitur ad Hebre. ij. cum ſit primogenitus mortuorū, qui mortuus eſt in cauſſa eccleſiæ, & poſt reſurrectionē aſcendit in cœlum. Ideo cum Papa, Epiſcopi, & prælati alij debent eſſe fratres Chriſti primogeniti iuniores, de-bent ſemen fratris ſui Chriſti de militāte eccleſia ſuſci-tare. Sed heu nulli in iſto peccato grauiſſimo plus delin-quunt, cum ſemen qđ debet eſſe uerbum dei deſerunt, & ſcoriam metallicam, frigidam, & generationi ineptam in ſe ſeruāt, & auare inijciunt in animos ſubditorū. Alij autē ut fratres & reliqui lucrum temporaliū ſapientes, contēnunt hoc ſemen uiuum, uerbum dei, & ſemen uul-pinū monſtrū procreans, inijciunt in animos ſubditorū. De talibus cōquæritur Apoſtolus. ij. Corinth. ij. ꝙ ſunt adulterantes uerbū dei, cum iocoſa mendacia atq; ludi-cra in plebe ſeminant, cum quibus lucrum temporaliū ſubdole procreat̄. Alij autem prælati cæſarij ſunt nimis ſteriles, & nō ſpiritualiter prolifici, niſi forte ꝓcreando mēbra diaboli. Et ꝓpter iſtos defectus ē eccleſia nimiū perturbata. Tales em̄ ſunt ꝑpetuo uirgines antichriſti, & filij diaboli, prolem ſibi expeditius procreantes. Ideo niſi dominus reliquiſſet nobis ſemen Euangelij ſui, qua-ſi Sodoma fuiſſemus. Vitium autē corporale Sodomiti-cum eſt paruum in cōparatione ad hoc pctm̄, ideo ſigni-

Nota de ſemi-ne uerbi dei.

ficanter Christus dicit Matth.x.quod tolerabilius erit in die iudicij Sodomæ & Gomorræ, q̄ illi populo uel personæ, quæ frustrat hoc semen spirituale, ne fructificet in mentibus subditorum, Cuiusmodi erant Pharisęi & Sacerdotes ueteris legis. Q; si nostri prælati & pharisęi sint in casu consimili, non dubium quin luent in die iudicij sicut & illi. Et tanta hic sint dicta de septem peccatis mortalibus, & uirtutibus eis oppositis, quibus adiunctis decem sermonibus decalogi, quos diffuse alias explanaui, potest populo p̄dicari semen uiuificū uerbi dei.

CAPVT XXIIII.

De Pronitate hominū ad peccandū.

ALITHIA. Rogo dic frater Phronesis, quo modo tanta peccādi pronitas inoleuit, cum hoīes debent naturalit̃ inclinari ad bonū uirtutis, & naturaliter a malo uitij declinare.

Unde tāta peccandi pronitas inoleuit.

Certū debet esse fidelibus q̄ ista peccādi pronitas infuit hoī ex culpa ꝓpria, cū deus creauit hoīem mundū, & dedit sibi sufficiēter potētias naturales, & quodāmodo originalē iusticiā, & cōpletam cōplexionē, locū & dispositiones alias, cū quibus posset cū paribus a uicijs declinare. Sed inuidia diaboli, ut dictū est de primo pctō, infuit hoī tētatio, & succubuit ex sua stultitia, modo quo dicit fides scripturę Geñ.xxx. Ex hoc em̄ pctō hō indisponit̃ ad tentationib⁹ resistendū, & fit pronior ad pctīs suggestis uel propositis annuendū. Fuit em̄ homo in paradiso positus, habent dispositionē corporis naturalē, secundū quā posset ꝑpetuo sine intercidēte morte durare, & uiādo in padiso per tēpus notabile, foret sine morte uel pœna ad cœlestia quodāmodo exaltat⁹, ꝑpetuo & plene beatificādus in patria. Et cū status hoīs in paradiso positi, sit quo ad substantiā suam, status in quo hō mori poterit Et habito bono regimine corporis ex influentia animæ,

De statu hoīs in paradiso.

semp

sp posset non mori, necesse fuit, q̄ aĩa sua recedens a deo per pct̃m, & per cõsequens deficiente dei plena influẽtia quo ad animã, deficiat eius influentia q̃ ad corpus. Et cũ homo positus fuit in paradiso, in minimo gradu ꝓportionis, in qua uitæ perpetuitas posset stare, necesse fuit stati proportionẽ illam deficere, & hoĩem necessitari ad mortem, & pœnas corporis subeundũ. Et homo ut fuit ꝓpinquior suæ perfectioni primęuæ, fuit longæuior in corpe, fortior, pulchrior, & decẽtior, & in processu tpis multiplicãtur erumnę, quas necessitat⁹ est homo mõ subire, ut cõtestatur fides scripturæ. Pulchrum q̈dem est, ut fides cõueniat hystoriæ scripturæ undique rationi, & homine luente culpam propriam, ordinatio dei remaneat omnimode inculpata. Et patet caussa necessitationis hominis ad mortem, & quõ caussa illius mortis, & defectus corporis humani ex pctõ exoritur, non ex deo. Et sic fides scripturæ quadrupliciter manet plene inculpabilis, & oĩs pœna exoritur ex peccato primario, & ex alijs pct̃is posterioribus pœnæ aliæ cõsequẽtes. Deus autem nunquã infligit pœnam, uel posset infligere, nisi pctã antecędentia sint in caussa. PSEV. Miror quõ non erubescis tantam scripturæ sacræ euidentiã colorare. Nõ.n. est caussa prior signabilis de ueritate hystorica que euenit, ut q̈s põt de bello Troiano caussam antecędentẽ probabilem assignare. Item cũ deus sit oĩpotens, & uolitione sũme liber ut asseris, quare nõ posset ex infinitate libertatis suæ atque potentiæ hominem seruare incolumem, & postmodum peccatum remittendo, ad statum primæuum reducere? hoc enim foret undique honorificum, & plus congruentius deo magnifico. Similiter sicut omnes Theologi profitentur. Deus ex omnipotentia sua posset gratanter & libere homini culpam totalem dimittere, & plene in statu innocentiæ ponere, sicut primo. Quare ergo ab illo grauamine deficit, & a statu magnificentiæ, quę competeret de tanto? PHRONESIS. Video

ex subtili

ex subtilitate rationũ tuarum, q ex commẽdatione ueridica confortaris, & hinc in rationes uiuatiores & efficatiores prorumpis, ideo ea intentione uolo libenter amplius laudabiles ueritates detegere, sub ista tamen cõditione, q inprobabilitate rationũ, & subductione sermonum tuorũ extra ordinariam de cętero taceas, & loquaris efficaciter uerba que cõdecent talem uirũ. Et sic sub ea conditiõe respondeo ad tuum triplex factũ superius argumentũ. Ad primũ patet, q desipis in assũpto; quia ut patet ex ratione priori, si qs clare cognosceret caussas q̊rũcunq; euentuũ, posset clare illos euentus ex caussis priorib. demõstrare, ut bellum Troianum indubie habuit caussas cõpletas priores, ex quibus certissime sequebatur, demõstrationes tamẽ ueritatis hystoriacę ꝓpter certitudinem nobis incognitã subticemus. Sed nũquid propter nostram ignorãtiam simpliciter sint ignotæ? Cum Aristoteles uester uere dicat, quãuis quadratura circuli sit cognoscibilis. Verũtamen nondũ scitur, quin posset corrigi, q non ab illo, & nobis obscure uiantibus, licet a prĩo numero clare noscatur nihil penitus ignorare. Ad secundum argumentũ tuũ respõdeo cõcędendo, q deus posset hoc facere si uellet & longe plura. Sed non expecto rationem tuam, qua inferas, q deus sic põt uelle; quia certus sum, q nec hoc scis nec potes. Non. n. deus est mobilis, ut homines in agendo, sed si qcq; fecerit, rationes priores æterne necessitant ut sic fiat. In rationibus autẽ æternis uidetur mihi esse rationabile, q pc̃tõ primi angeli, & primi hominis pręsupposito, creaturę aliæ habent inclinationẽ naturalem in suo opere sicut primo. Et sic deficiente proportione, ac uirtute regitiua hominis quo ad corpus, deficiat actio & conseruatio hominis prius facta, & sic agentia corporea ad corrũpendum hominem, ex defectu resistentię satis agant. Et sic dico tibi, quod deus posset seruare hominem in statu prioris innocẽtię, si hoc uellet, sed debes ostendere si potes, quod sit rationale

nale

nale quidē est, ut non obstante peccato hominis, siue dia boli, irrationabilia agentia habēt cursus suos. Quid em̄ demeruit rationalis potentia, ꝙ sine suo demerito ꝑpter peccatū hoīs, suæ actionis naturalitas sit suspensa? Ideo sicut nihil potest ad infinitatē diuine potētiæ, ꝙ sic pos/set facere, uel pctm̄ sine caussa dimittere, sic nihil perti/net ad finitatē suæ magnificentiæ in iniuriā suæ legis sic facere. Ideo improbabilit' petis, ꝙ hoc fiat ad dei magni/ficētiam, & sic plus sibi honorificū. Non em̄ decet deū. qui personas nō accipit, legem agentis naturalis, ꝑpter pctm̄ hominis suspēdere uel mutare. Ad tertiū argumē tum tuum, patet ex dictis solutio. Non em̄ dicunt aliqui sani theologi, ꝙ deus posset sine satisfactione culpam di mittere, quia hoc repugnaret regulis æternis diuinæ iu/sticiæ. Sed quid demeruerūt illæ regulæ, ut ꝑpter culpā hominis sunt destructæ? Deus tamen posset si uellet hoc facere, & mirabilius ampliora, Sed non expecto rationē qua probares om̄ipotentē deum ista uelle. ALITHIA. Placet mihi frater Phronesis, de tua satis subtili senten/tia. Sed super uno mussito, Videtur mihi, ꝙ nimis meli⁹ fuisset homini & toti mundo, ꝙ ipē sic peccasset, ꝙ̄ quod om̄ino ꝑpetuo in statu innocentiæ ꝑmansisset. PHRONESIS. Concędo tibi soror, ꝙ ex infinitate diuinę mise ricordiæ peccatū hoc profuit, & sic ex ordinatione diui/na melius fuit, ꝙ homo fuisset sic lapsus a statu innocen tiæ, ꝙ̄ ꝙ in statu innocentię ꝑpetuo & generaliter ꝑman sisset. Nam plures homines occasione peccati primi ho/minis fuerūt ꝑducti plus uirtuosi, & in patria plus beati Ideo bn̄dictus sit deus, qui peccatū tam graue, scit tam gratiose, ad profectū generis humani conuertere. Nam de genere humano tot erūt homīes saluati, quot fuissent stante plene statu innocētiæ. Et etiam plus beati, & præ/ter hæc totus numerus damnatorū cędet mundo ad ꝑfe ctum & gloriam beatorū.

De statu hoīs in innocentia.

CAPVT XXV.

De Incarnatione & morte Christi.

ALITHIA. Video frater Phronesis, ꝙ super hæc multa dubia alia sunt cõnexa, utputa, si necesse fuit Christum incarnari ꝑpter satisfactionẽ peccati humani generis, & postmodum ipsum mori. Secundo, quare peccatũ diaboli, sicut peccatũ hominis non deletur. Et tertio Pseudis obijcit, ꝙ illis hominibus qui damnabunt̃, foret melius, ꝙ prothoplastũ hominis non peccasset, & quid prodest beatis in patria, ꝙ dãnati sui generis talit̃ sunt puniti. PHRONESIS. Placet soror, ꝙ hæc tria dubia tam efficaciter sunt inducta. Pro primo notanda sunt multa, & primo omniũ notata historia peccati hominis supponit̃, ꝙ ipse peccat ex ignorantia, cũ mulier sit seducta, & uir ex peccati grauedine est deceptus. Secũdo supponit̃, ꝙ uir iste & fœmina sentientes tantã pœnæ grauedinẽ, innouatã ante mortẽ pœnituerũt fructuose. Et tertio supponitur ut sæpe prius, ꝙ non obstante pctõ primi hominis seruãda fuit ex integro iusticia inconcussa. Istis suppositis dicitur, ꝙ necesse fuit uerbum domini incarnari, quia necesse fuit genus humanũ saluari in suo principio, iuxta suppositionẽ secundã. Et saluari non poterat, nisi Christus fuisset incarnatus, ideo sequit̃ intentũ. Saluari quidem oportuit illum hominẽ, cum tam fructuose pœnituit, & deus non potest negare suã misericordiã taliter pœnitenti. Et cum iuxta suppositionem tertiam, oportet ꝙ satisfactio pro pctõ fiat, ideo oportet, ꝙ idem illud gen⁹ hoĩs tantũ satisfaciat, quantũ in ꝓthoplasto deliquerat, qđ nullus hõ facere poterat, nisi simul fuerat deus & homo. Om̃is em̃ alius hõ nõ suffecit ex se ad satisfactionem pro pctõ ꝓprio attingere, quomõ ergo satisfaceret pro toto suo genere? qs rogo potuit ad tantũ humiliari, sicut

Necesse fuit verbũ dei incarnari

Adam

Adam supbiuit. Cum em̄ ille superbijt implicite, impli cans se ad æqualitatē dei attingere, quia innuebat se nō debere mandato domini obedire, patet ꝙ oportuit perso nam satisfacientē, a tanto gradu exaltationis humilita te descendere, sed ubi foret illa paritas? nisi sicut homo, nō deus, æqualitatē domini præsumebat, sic homo deus ab æqualitate dei, ad humilitatē hominis descendisset. Ideo dicit Aposto. ad Philip. ij. Q Christus semetipm exinaniuit. Notandū tamen tibi est, qd' p̄sumptio primi hominis more criminis fuit falsa, sed assumptio & mino ratio secūdi hominis fuit realis & uera. Notandum est tibi secūdo, ꝙ iste secūdus homo non cadebat, sicut non potuit a forma deitatis, cum non potest esse accidens ali cui, sed illa seruata humanitatē assumpsit. quæ licet fuit in se substantia, tamē fuit a deitate extranea. Et si mussi tas, qualiter potius secūda uel media persona, plus ꝙ pri ma uel tertia debuit incarnari, dictum est tibi, ꝙ hoc pec catum ex ignorātia est cōmissum, ideo oportet, ꝙ ex per sonali sapiētia sit deletum, quæ solūmodo est dei uerbū. Cum ergo oportet ꝙ alia persona dei, mittat personam aliam que satisfaciat pro peccato, & pater nō potest mit ti, cum sit persona prima originaliter trinitatis. Patet ꝙ necesse est, ut mittat personam aliam pro peccato incar nandā, quæ ꝑpter rationē multiplicē sit cōuenietissime uerbū dei. Ideo cum minimū cōueniens foret, in deo per impossibile patet, ꝙ oportet saluatorem hominis taliter se habere. Et patet cum oportuit peccatū primi hominis deleri, satisfactione debita mediāte, ꝙ oportuit Christū taliter incarnari, & necesse fuit mortē postea sequi, cū oportuit Christū ꝓportionalit' pati, sicut Adam inpro portionabiliter præsumebat, aliter em̄ non foret satisfa ctio pro cōmisso. Ideo sicut Adam superbijt usq; ad mor tem gratiose inflictam, sic oportet ꝙ secūdus Adam hu milietur usq; ad mortem corporis gratiose acceptam & passam. Et ideo dicit Aposto. ꝙ Christus factus est pro nobis obediens usq; &c. Et fuit necessarium ipsam acce

Quare filius est incarnatus et nō alia persona.

Quare Christ' est mortuus.

ptam fuisse in ligno, ut sicut ex fructu ligni uetito perijt homo, sic ex fructu ligni passo saluet homo. Et sunt aliæ multæ congruentiæ utrobiq;. Et ex istis patet responsio ad difficultatē tuam secundā, scilicet quare pctm̄ diaboli non delet. Sicut em̄ oportet ad actiones naturales esse agentia, & dispositiones in passis, sic oportet ad deletionem peccati esse uirtutē actiuam agentis, & dispositionem cōtritionis aliquā in peccante, sed hoc deest diabolis, & sic peccati eorū deletio. Nec dubiū, quin illis fructuose cōtritis, deus non posset deletionē peccati sui non concedere, sic q̄ de existenti inculpabili omino tota culpa iaciat in ipso diabolo. Peccatū autē diaboli, est peccatum contra spiritū sanctum, quod uocat peccatū finalis impœnitētiæ. Ideo sicut Adam peccauit contra sapiētiam dei patris, q̄ oportuit ꝓpterea incarnari, sic ꝓpter saluationē diaboli, oportuisset tertiam personam incarnari, qđ cum esse non potuit, patet q̄ nec deletio peccati ipsius diaboli. Verūtamen tam gratiose punit, q̄ stante sua præsumptione superba, minus mouet pœna ut cōteratur, quā dolor sensus sui, sicut nō fuit in natura homīs corporali. Ideo cū nec ex ꝓportione æqualitatis, nec ex ꝓportione minoris inæqualitatis fit actio, patet qđ pœna diaboli non potest suam obstinatā supbiam expurgare. Oportet ergo q̄ maneat ꝑpetuo induratus, & cū nihil est ad saluationē suā, q̄ Iesus Christus taliter satisfecit, eo q̄ est alieni generis, patet q̄ non anteq̄ spiritus sanctꝰ incarnatus fuerit (quod esse non potest) demon saluabitur. Ideo dicunt quidā subtiliter, q̄ sicut diabolus peccauit in clara scientia & ex pura malitia, sic nemo damnabitur, uel peccabit ꝓprie in spiritū sanctum, nisi habuerit claram scientiā paululū ante mortem, & desperet in illa sciētia, ex sua pura malitia, & sic quodāmodo fiat diabolus. Quantū ad tertiā difficultatem tuam, quā imponis Pseudi, patet q̄ quicūq; sic asserit, somniat sicut stultus, ideo post somnū, quem sibi imposueras innuis, q̄ somniū

Quare peccatū diaboli nō deleatur.

Pctm̄ diaboli est pctm̄ in spiritum sanctum.

Nota dictū subtile et mirabile de dānaudin et damnatis.

mnium sit secutũ, constat quidẽ, ꝙ occasione primi hoĩs longe plures homines creabunt, ꝙ̃ stante ex integro statu innocẽtię fuissent creati, per tot homĩes, quot ex peccato finalis impœnitentiæ damnabunt. Non em̃ decet, ꝙ posita tanta satisfactione pro peccato homĩs diminuãtur de saluandorũ numero, qui seruato statu innocentiæ ex integro saluarent. Et sic Pseudis nõ hucusq; ostendit quin illi homĩes qui tunc fuissent creati, solũmodo saluabuntur, & alij homines qui ex gratia dei supabundanti, occasione illius peccati creati sunt, misericorditer damnabũtur. Et sic uidetur sicut bonũ esse habent lapides, & naturaliter appetunt esse suum, sic melius esse habent damnati, & appetunt naturaliter esse suum. Specialiter tamen Augusti. docet, ꝙ nulla creatura potest appetere se non esse. Et patet ꝙ̃ leuiter & frontose assumitur, ꝙ damnatis hominibus melius fuisset, ꝙ principiũ humani generis non peccasset. Nam si sic, non fuisset eis, tunc neq; melius, neq; peius, sed ratione sui esse boni, qđ habent de hoc rationabiliter cõgauderẽt. Et quãtũ ad beatos in patria, clarũ est, ꝙ charitas urgeret eos de dãnatione talium congaudere, tum quia uident rationabilitatem & sententiã sũmi iudicis in hoc fieri. Quis ergo non gauderet rationabiliter de iudicio ita pulchro? tum etiam, quia uident ꝙ deus ex sua gratia seruauit eos a dãnatione huiusmodi, & aliter potuissent facilit̃ cõdemnari.

Nulla creatura potest appetere se non esse.

CAPVT XXVI.
De Orignali peccato.

ALITHIA. Video mi frater PHRonesis, ꝙ probabiliter respondisti obiectis, sed unum didici, qđ in monendo te, de cætero habitũ Pseudis non assumã. Sed adhuc mihi supersunt multa dubia, quæ uellem habere humiliter plenius declarata. Et primũ est de peccato originali, quomodo

anima a deo creata tam munda, peccat pro instanti primo sui esse, cum deus non sit auctor peccati. Et deus per prophetam dicit, qd' filius nō portabit iniquita. &c. sed unusquisqꝫ onus suum, sicut dicit Apostolus. PHRONESIS. Illa quæ dixi, quæ in Pseudis persona leuiter obiecisti, dixi tanqꝫ probabilia diffusius pertractanda. Sed placet qd' materiam de originali peccato, cum scripturę testimonio introducis, quia in ista materia Pelagius, & multi alij hæretici deuiarunt. Et uidetur primo, qd' diffinitio originalis peccati, in principio debet dici. Et uidetur Anshelmū sententiare, qd' descriptiue peccatū originale, sit carentia originalis iusticiæ debite inesse, qd' uidetur difficile propter multa. Primo, quia iustum est, & de ordinatione diuina, quia infans descendens de parente præuaricante, careat originali iusticia, quousque fuerit baptisatus. Quomodo ergo est tam iusta sentētia peccatū originale? Similiter homo rite baptisatus, & re incidens in mortale, habet carentiam originalis iusticię. Et sic peccatū originale rediens, & per consequens oporteret quemcunqꝫ peccantem mortaliter iterum baptisari, cum baptismus ualet præcipue ad peccatū originale delendū, sed quid magis hæreticum? Et confirmatur ex hoc, ꝙ quicunqꝫ natus est habere originalem iusticiā, & simpliciter est iniustus, caret originali iusticia. Similiter omnis damnatus caret originali iusticia, sicut primi parentes quando peccauerūt. Et cum non habent oēs originale peccatū perpetuo, ergo descriptio minus bona. Ideo recolo me alias dixisse. Qꝫ peccatum originale, est originalis defectus hominis, a primo parente descendentis, quo ad iusticiam, quam ex lege dei debet habere, in principio sui esse, & sic non est peccatum originale, nisi in sua origine sit contractum. Et per hoc tolluntur obiectus, Nam lex dei necessitat, quod sicut homo debet gaudere esse naturali, & iusticia originali occasionata

Pctm̄ originale quid sit secundū Anshelmū.

Peccatum originale secundū Magistrū quid sit.

Iesu Christi. Ideo de illo albo & rotũdo, cõsecrato a pres
bitero similis hostiæ nõ sacratæ, qđ sacerdos post frãgit
& comedit, ac recipit trãsmutationes simillimas hostię
non sacratæ, utputa cõmestionem a mure, putrefactionẽ
ex tẽpore cũ transmutationibus similibus. De illo inquã
albo primitus fiat sermo, & sunt recentes hæretici, qui
negant illud esse sacramentũ, ut subterfugiant in errore
suo incõuenientia quæ sequunť, sed illos tam antiquis ꝙ̃
modernis tantũ cõtrarios, oportet caute corripere, quæ
rendo primũ quid descriptiue sit sacramentũ Euchari/
stiæ in cõmuni, & uel æquiuocabũt, uel non euadent, q̃n
ista sacrata hostia sit aliquod sacramentum. Similiter
per alia sex sacramẽta. Patet ꝙ illa sunt ita modicę enti/
tatis ac permanentiæ sicut istud. Nec fingi potest ratio,
q̃in per idem quo illa sunt sacramenta ecclesiæ, est &
istud, ut patet discurrendo per quidditatẽ baptismi, cõ
firmationis, & cæterorũ quattuor narratorũ. Similiter
in ista materia oportet loquutionẽ cõmuẽm accipe, sed
ecclesia in suis orationibus, uocat istam rem cõmuniter
sacramentũ, leges papales uocant illam sacramentũ, &
non rem. Et doctores dicunt cõmuniter, ꝙ sit sacramen

taliter corpus Christi. Cũ ergo aliqd sit sacramentũ Eucharistiæ, & corpus Christi in natura sua non sit ibi uisibile, relinquitur, q̃ nõ ibi remaneat signũ sensibile sacramentũ, nisi illud quod differentia accidẽtis est signatũ. Quamuis autem in hoc sacramẽto & cęteris sit trimembris distinctio, scilicet sacramentũ & res, res et nõ sacramentum, ac tertio sacramentum & non res. Oportet tamen q̃ ista uerba sint sane et cogrue intęllecta. Sacramẽtum autem & res dicitur corpus domini qđ est sursum. Dicitur aũt sacramẽtum, quia est signũ sensibile animæ Christi, deitatis & gratię, & cum ipm̃ signat̃ per hãc hostiam quam sacramus, dicitur respectu illius res eiusdẽ sacramẽti, & ista res quæ est naturaliter corpus Christi uocat̃ Eucharistia, hostia ante mortẽ domini cõsecrata, & alijs multis nominib., in quib. multi loquẽtes tędiose cõuincant. Ista aũt res sensibilis descripta, quę dicit̃ cõmuniter panis sanctus uocatur sacramentũ, & non res, non ad istũ sensum, q̃ non sit res aliqua, cum sit res satis sensibilis ut uidemus. Sed ad istum sensum q̃ nõ sit res illa sacra primo signata per signum sensibile, quod uidemus, quia nõ est naturaliter corpus Christi. Sed tertium membrum quod est res, & non sacramentum, uocatur gratia unionis Christi cum sua ecclesia, quæ per hoc sensibile sacramentum accessorie efficaciter designatur. Sunt autem in materia de quidditate huius sensibilis sacramenti errores multiplices, ut quidam dicunt, quod sit accidens sine subiecto, & alij quod est nihil, cum ex multis accidentibus quæ non sunt unius generis aggregatur, contra quos multipliciter inuexi tam scholastice quam etiam in uulgari, quod inter omẽs hæreses quę unquam in ecclesia pullularunt, nunquam consydero aliquam plus callide per hypocritas introductam, & multiplicius populum defraudantem. Nam spoliat populũ, facit ipsum committere idolatriam, negat fidem scripturæ, & per consequens ex infidelitate multipliciter ad

iracũ

iracundiam prouocat ueritatem. Hic autem breuiter in culco sententiā ex testimonio fidei scripturæ. Et primo quod hoc sacramentū sit corpus Christi in forma panis. Et cum hæretici aduersantes dicant singuli, quod hoc sacramentum est accidens siue nihil, & non potest esse corpus Christi, licet corpus Christi sit ad omnem punctum in ipso absconditum. Manifestum est, ꝙ illi omnes dolosi hæretici sunt. Dolosi dico, quia noscunt cōmunitates hominū in maiori parte sic credere, & nolunt, nesciunt, aut nō audent illis fidem suā detegere. Cum ergo hęc fides catholica sit in fide scripturę tam patule expressata, patet ꝙ sententia sibi contraria, est manifeste hæretica. Quid quæso est magis alicui cōtrarium, ꝙ̄ sententia quæ dicit, ꝙ hoc sacramentū est sacramētaliter corpus Christi? Et sententia sibi cōtrarians quę dicit, ꝙ hoc sacramētū non pōt esse aliqualiter corpus Christi? Et quo ad secūdam partē, siue quę dicit, ꝙ hoc sacramentū est naturaliter uerus panis, & sententia sibi ꝑtinaciter cōtrariās quę dicit. Qꝫ hoc sacramentū, non pōt esse panis cū sit accidens siue nihil. Expedit ergo uniuersalem ecclesiā ad punctū istū attendere, & uidere solicite ex fide scripturę qualiter ē credendū, quia certū est ꝙ in euāgelio Christi plenius, auctoritatiuiꝰ & moderatiꝰ ꝙ̄ in Romana curia ista materia est decisa. Ipsa tamē curia ante solutionē diaboli, cum antiqua sententia prædicta planius concordauit, ut patet de con. dis. ij. c. Ego Berngarius. Et sic de omnibus sanctis doctorib. qui usque ad solutōem Sathanæ istā materiam ꝑtractarunt. A tempore aūt solutionis Satanæ, dimissa fide scripturæ, multæ hæreses in ista materia, & spetialit̃ inter fratres & discolos eis similes, uolitarunt. Vt patet de duobus errorib. supradictis. Fratres enim spetialiter istas hęreses sustinent pertinaciter & defendunt, non solum blasphemando in Christū, & in legē scripturæ suæ, sed diffamando Papam & Curiam Romanam, defœdando nidum suum, sed & Prælatos

Sacramentum eucharistię quid sit.

ecclesiæ, tẽporales dominos, sacerdotes simplices, ac etiam totum uulgus. Nam Matth. xxvi. fides scripturæ sic loquit̃. Cœnantibus illis, accepit Iesus panem &c. Et eadem sentẽtia patet plane Marci. xiiij. & Lucæ. xxij. &. i. Corinth. xi. Ex quibus fides ecclesiæ obseruat in consecratione huius hostiæ hunc ordinem. Qui pridie ꝙ pateretur &c. corpus meum &c. In omĩbus autẽ istis quinꝗ locis suppono cõcordare sententias, ꝗuis sermones paululum sunt discordes. Et ex ista fide tam autentice promulgata, arguo sic hæreticis. Chr̃us qui mentiri non potuit, dixit, Panem quẽ accepit in manibus esse realiter corpus suum, & non errauit in isto, nec asseruit falsum, ergo ueraciter fuit ita. Et hæc ratio dat plenam fidem fidelibus ad dictas hæreses ad detestandũ, & fratres ac suos cõplices de hæresi conuincendũ. Vnde Hierony. ante solutionẽ Sathanæ, scripturæ sacræ indagator præcipuus in Epistola ad Heluidiã, pertractans illam materiã sic concludit. Nos (inquit) audiamus, panem quem fregit, deditꝗ discipulis manducandũ, corpus esse domini saluatoris ipso dicente. Hoc est corpus meum.

Argumẽtũ pro remanentia panis.

CAPVT III.
Quid demonstret̃ per Ly. hoc

ALITHIA. Frater mi gaudeo, ꝙ tam lucide procẽdis, ad declarandũ fidem ecclesiæ nimis diu abscònditã. Nec uideo quomodo fratres uel alij, possunt subterfugere rationem istam, nisi forte fingãt sensum fidei huius scripturæ, uel aliter ipam negent. PHRONE. Nec nos, nec alij possumus rationem istam negare. Ideo catholicus debet ipam seruare sedulẽ tanꝗ charam. Verũtamẽ pro sensu huius scripturæ, hæretici multũ uariant. Dicunt enĩ primo, ꝙ istud pronomẽ hoc, in propositione sacramẽtali, hoc est corpus meum, demonstrat simpliciter corpus domini,

& non panem, quia aliter (ut inquiunt) foret propositio
Christi falsa. Qꝫ autē Iohānes de deo & cæteri rudes hæ
retici dicunt, ꝙ nihil demōstratur illo pronomine hoc;
eoq́ materialit̄ & recitatiue tenetur, subticeo tanꝗ hæ-
resim recitatione indignam. Et arguo multipliciter con
tra primā. Nam priori pronomine demonstratur panis,
quē Christus sumpsit in manibus, sed sequēti pronomīe
demonstrat̄ idem qđ fuit antea demonstratū. Ergo per
subiectum ꝓpositionis sacramentalis demōstratur etiā
idē panis. Quomodo ergo rogo caperet fidele ingeniū,
ꝙ Christus accepit panem in manibus, benedixit, & fre
git, & mandauit ex illo Apostolos manducare, nisi intel
lexerit priore ꝓnomine illum panem? Nondū eñ trans-
fusa sunt uerba sacramētalia, ut desinat esse panis. Et cō
firmat̄ ex hoc, ꝙ secđm Matth. xxvi. Christus præcœpit
oēs Apostolos de calice illo bibere, qđ fecerūt. Vt pa-
tet Marc. xiiij. accepto calice gratias agens, dedit eis, &
biberunt ex illo oēs. Et idem est iudiciū de pane. vnde
textus Apostoli. i. Corinth. xi. sic asserit, Quoties enim
cunꝗ manducabitis ex hoc pane &c. Ex quo uidetur, ꝙ
uel auctor scripture false indicat, uel qđ de pane a Chri-
sto exhibito Apostoli manducarūt. Et ex eadē radice pa
tet, ꝙ idem panis demōstratur secūdo ꝓnomine, ꝙ subij
citur in ista ꝓpositione sacramētali. Hoc est corpus me-
um, tum quia aliter caussalis foret oīmode nimis stul-
ta, tum etiā, quia Chr̄us aliter nimis illuderet suæ eccle
siæ. Et ista ratio de demōstratione ꝓnominis daret fide-
libus plenā fidem. Item demōstratione uerborū Christi
ostēdit̄ illud per quod Apostolis pertinēs noticia gigne
retur, sed hoc nō stat cum hoc, ꝙ nude corpus Christi in
natura ꝓpria demōstretur, ergo pertinens est sensui uer
borum domini aliud demōstrari, sed nihil pertinentius
ꝗ panis quē eis Christus porrexerat. Si eñ nude demon
stratur corpus domini in natura, tunc ista foret horū uer
borū Christi sentētia, Hoc corpus meū, est corpus meū.

Sed istud Apostoli satis superius cognouerunt, & foret inpertinenter cõnexum isti, ꝙ manducarent singuli ex hoc pane. Item si demonstratio pronominis sacramentalis foret inpertinens illi pani, quomodo doceri poterit ꝑtinenter, ꝙ uirtute illorum uerborum sacramentalium est illius panis transsubstantiatio in accidens sine subiecto, & corporis Christi in loco panis sacramentalis innouatio? Ista autem fictitia demonstrationis pronominum omnino interimit sententiam sacramenti. Item secũdis uerbis sacramentalibus, quibus uinum conficitur, illud uinum in calice demonstratur, Ergo per locum a sufficienti similitudine subiecto propositionis prioris qua panis sacratur sacramentaliter, demonstrari debet etiam idem panis, assumptum patet ex hoc, ꝗ nullus catholicus finget, quin methanomice demonstratur cõtentum in calice, quando sic dicitur Marci xiiij. Hic est sanguis meus noui testamenti. Non enim intælligit quiuis catholicus, quod illud corpus metallicum sit sacramentaliter sanguis Christi, sed de uino contento in illo calice. Sed ad detegendum omnem tergiuersationem sophisticam ordinauit spiritus sanctus, ut dicatur in masculino genere. Hic est sanguis meus, Vnde inter cęteras certitudines de significatione scripturæ est hæc una de maximis, quod in propositione illa sacramentali demonstratur panis aut uinum. Quo habito transeundum est catholico ad significationem complexam illius propositionis sacramentalis. Hoc est corpus meum, relinquendo opinionem illam ut sũme hæreticam, ꝙ euangelium & speti aliter uerbum Christi sit dictum impossibile & incultũ. Cum autem om̃e dictum Christi sit uerum & summe catholicum. Christus autem dixit, quod iste panis sit corpus suũ, sequitur manifeste ꝗ hoc sit uerum. Sed hic circũpalpitant hęretici, & cũ non possunt negare, quin panis demõstratur pronomine, fingunt sensum complexũ triplicẽ nimis hęreticum. Dicunt .n. primo, ꝙ non hoc

scilicet

scilicet ille panis est corpus Christi, sed qd' ille panis uir-
tute uerborum illorum sacramentalium erit quodãmo-
do corpus Christi. Secunda autem uia magis hęretica ui-
det, ꝙ iuxta errorem suum æque neganda est ista senten-
tia, iste panis erit posterius corpus Christi, quia ut argu-
it ille panis foret tunc conuersus uel idemtificatus cor-
pori Christi, & per consequens in transubstantiatione
desineret, & sic nunquam ueraciter erit corpus Christi.
Ideo secundo corrigit, ꝙ de isto pane fiet quodammodo
corpus Christi. Tertia autem uia uidens, qd' nihil illius
panis in Christi corpore remanebit, negat quemlibet
sensum priorem. Sed dicit qd' auctor scripturæ intęlli-
git, qd' hoc accidens per se sine subiecto signat sacramen-
taliter corpus Christi. Et iste sensus est huius propositio-
nis sacramentalis & euangelistæ hoc est corpus meum.
Videt enim qd' nec materia panis, nec forma transit in
corpus Christi, nec ipsa conueniunt in subiecto, ideo ap-
paret sibi, ꝙ non debet concędi catholice, ꝙ ex hoc pane
fiet corpus Christi, sicut ex ęre fit statua, nec sicut ex
nocte fit dies. Non enim cõueniunt in subiecto. Sed quia
illa accidentia per se sine subiecto figurant sacramenta-
liter corpus Christi. O quam detestanda est ista fictio
qua fingitur, ꝙ non isto pronomine demonstratur panis
ut ostensum est superius. Sed unum inpossibile, secundũ
doctores modernos nõ potest intęlligi. Et secũdum Au-
gustinum & sanctos cęteros non de dei omnipotentia po-
test esse, & de toto facto nesciunt exprimere, quod genus
accidentis sit hoc uenerabile sacramentũ, sed consequẽ-
ter, licet false asserunt, ꝙ ipsum sit peius quã panis equi-
nus, uel aliquid assignandum. Et sic, sicut isti hęretici a
tempore solutionis Sathane, non plus quam picæ intęl-
lexerant istud uerbum sicut false affirmant, ꝙ nec Chri-
stus, nec eius apostoli ipsum intęllexerãt, sic nec patres
alij postsequentes, contra errorem istum non oportet
nos instanter arguere, cum notum sit fidelibus,

ꝙ nõ quotidie a sacerdote idiotico & indigno fit nouiter corpus Christi. Nec ante plenam prolationem istorum uerborum sacramentaliũ fit accidẽs sine subiecto. Et sic quam diu durauerit pronomẽ demonstratiuũ propositionis sacramẽtalis, non demõstratur accidẽs sine subiecto cum tam diu continue manet panis. Similiter cum iuxta sanctos, quicũꝗ imposuerit fidei scripturæ aliquẽ sensum extraneũ, quẽ spiritus sanctus non flagitat sic, ut sit hæreticus. Et iste sensus, nec ex fide scripturæ, nec ex reuelatione uel ratione ostendi poterit. Sed quoscũꝗ sanctos usꝗ ad solutionẽ Sathanę omnino latuit. Et plures sancti Hiero. August. & uiuax ratio omnimode contradicunt, Patet quod ista sententia sit simpliciter dimittẽda; spetialiter cum sit falsa. Oportet eñ istos scripturã sacram corrigere, non ꝙ hoc accidens sine subiecto eis ĩcognitum, est corpus Christi, sed quod ipsum signat corpus Christi. Sed quõ uirtute sententiæ istius fit transsubstantiatio, uel accidens sine subiecto? Cum illud accidẽs sine subiecto æque significare poterit corpus Christi. Tales aũt hæretici non possunt fingere pro quo instanti est transsubstantiatio, uel accidens sine subiecto. Et sic tollitur ista triplex sentẽtia derisoria, atque erronea, sicut quęcunque alia hęretica, ad uerba domini simulãda. Stãdum est ergo sententiæ Hieronymi solidi & subtilis qui dicit, ꝙ panis sacramẽtaliter est uirtute uerborũ Christi corpus domini saluatoris. Qualis autẽ sit iste panis, uel quid in natura sua uideat fidelis theologus alias hostias non sacratas.

Secundũ Hiero. quid sit sacramentum.

CAPVT IIII Quod post consecrationẽ manet panis.

ALITHIA. Placet mihi ꝙ tam stricte & plane replicas contra hæreticos in ista materia, spetialiter cũ tanta multitudo fratrum & ali

orum

orum uocatorum Chrstianorũ, clamant cõtra tuam sen tentiam, et mortem tuam multipliciter machinantur, cum præcedente tua sententia illi forent manifesti hæretici, & per consequens ab ecclesia extirpandi, uel saltẽ a quocũq; gradu dignitatis ecclesiasticæ, & per cõsequẽs a possessione temporaliũ & percipiendis eleemosynis excludendi. Sed dic quæso quomodo post consecrationem huius hostiæ manet panis. Multi autem dicunt, q si hoc crederent nunq; in perpetuũ celebrarent. PHRONE. Oportet cum ista materia sit positiua, ad fidem scripturæ attẽdere, & ipsi plane credere, & sicut uirtute uerborum fidei scripturæ concęditur, Quod hoc sacramentũ est corpus Christi, & nõ solum q erit, uel figurat sacramentaliter corpus Christi, sic concędatur eadem auctoritate simpliciter, q iste panis, qui est hoc sacramentum est ueraciter corpus Christi. Et non dubium etiam laico idiotę, quin sequitur. Iste panis est corpus Christi, ergo iste panis est, et per consequẽs manet panis, & sic simul est panis & corpus Christi. Exempla autẽ possunt grossa poni pro ista materia attestanda. Non enim oportet, sed ueritati repugnat, q homo dum fit dominus uel prælatus ecclesiæ, desinat esse eadẽ persona, sed maneat omnino eadem substantia quodammodo exaltata. Sic oportet credere, q iste panis uirtute uerborum sacramentalium, fit cõsecratione sacerdotis primi ueraciter corpus Christi, & nõ potius desinit esse panis q̃ humanitas. Ex hoc q fit deus, desinit esse homo. cum natura panis non ex hinc destruitur, sed in digniorem substantiã exaltatur. Nunquid credimus q baptista ex hoc q fuit factus Helias uirtute uerborũ Christi Matth, xi. desijt esse Iohannes, uel aliquid qđ substantialiter ante fuerit? cõformiter nõ oportet, q licet panis incipiat esse corpus Christi uirtute uerborum suorum, q desinat esse panis, cum panis fuit substãtialiter ex hoc, q incipit esse sacramentaliter corpus Christi, sic enim Christus dicit. Hoc est

corpus meum, uirtute quorũ uerborũ oportet illud concedere sicut in Euangelio Matth. xi. de baptista asserit. Si uultis scire, ipse est Helias, et propter laborẽ in æquiuocis, Christus non contradicit Baptistæ. Iohan. i. Cum ipse asserit. Nõ sum Helias. Vnus. n. intelligit quod est Helias figuraliter, & alius quod nõ est Helias personaliter. Et cõformiter nõ contradicũt, sed æquiuocãt qui cõcedũt, quod hoc sacramẽtũ nõ est, suple, naturaliter corpus Christi, & idem sacramentũ est figuraliter corpus Christi. Et quãtũ ad illud assertũ ab hæreticis induratis, quod nũquam celebraret si hoc crederet esse uerũ. Reuera prodesset ecclesiæ, & cederet ad honorẽ dei, quod tales apostatę nunquam suũ accidẽs cõsecrarẽt, quia per hoc multipliciter blasphemãt in deũ, & implicant deũ esse auctorẽ mẽdatij. Ponunt enim quod mundũ quẽ deus crearat statim destruunt, quia materiam primam quam deus ordinauit esse perpetuam destruũt, & nihil innouãt huic mũdo, preter hoc quod mẽtiuntur se facere inaudita mirabilia, in quę indubie deus non põt. Et sic ut fingũt faciunt nouũ mundũ. Quid ergo abessẽt, quod tales hæretici idiotæ nunquam celebrarent, cũ sicut ignorant uocẽ propriã, sic ignorant quidditatẽ sacramẽti quod faciunt & adorant? Sed quantũ ad ueritatem fidei, quod hoc sacramentũ est panis uigilent hæretici, & oculis conniuentib. suscitent intellectum. Nam Matth. vi. docet nos orare Veritas, ut panem nr̃m quotidianũ, uel supersubstãtialem nobis det hodie. Et secundum Augu. super eodẽ textu in sermone domini de mõte, per panẽ quotidianũ inter alios sensus laudabiles intelligit Christus hoc uenerabile sacramentũ. Sed nunquid nõ credimus quod sequatur, quod si hoc sacramentũ sit panis quottidianus, pro quo oramus, panẽ nostrũ quottidie, tunc est panis? Similiter apli cognouerũt Christũ in fractiõe panis, Vt dicitur Luc. xxiiij c. Et illum panẽ docet Augu. cum lege Papali de Con. dist. iij. Non omnes, esse hoc uenerabile sacramentum. Sed nunquid credimus quod non sequitur, Apostoli cogno-

Panẽ quottidianũ secũdũ Au. quõ est intelligẽdum.

Ii cognouerunt Christum in fractione panis huius, ergo tunc est panis? Similiter Apostolus qui in hac parte accepit sensum suũ a domino, uocat hoc sacramentũ panem quem frangimus, ut patet i. Corin. x. & sæpe ca. sequente. xi. Quis ergo blasphemaret in deũ, quod tantũ uas electionis sacramentũ præcipuum uocet false, & spetialiter cũ futuras nouerit esse hęreses de hoc pane? Nimis ergo negligens foret Paulus ecclesiæ sponsæ Christi, si nosceret quod hoc sacramentũ nõ sit panis, sed accidens sine subiecto, si tã crebro uocaret ipsum panẽ, & nunq̃ uero noĩe, cũ nosceret prophetice tot futuras hęreses eẽ in hac parte. Dicant ergo isti hæretici idiotæ, cũ sufficienti fundatione, quid est hoc sacramentũ quod execrant cũ suis mendatijs, si nõ fuerit ille sacer panis. Similiter ut tactũ est superius. Christus qui est ueritas prima, dicit scd'm quattuor Euangelistarũ testimonia, q̃ ille panis est corpus suum. Sed quis hæreticus non erubesceret tũc negare quod est panis? Ideo uel oportet ueritatẽ scripturę suspendere, uel cum sensu ac iuditio humano concedere q̃ est panis. Mures eñ ac alię bestię istud noscunt. Cũ secũdũ Philosophos de suo esibili habent noticiã. O si fideles in dño uidebunt Antichristum cum suis complicib. tãtũ posse, q̃ condẽnet & p̃sequatur usq; ad mortẽ ecclesię filios, qui in hoc fidẽ euangelij sic concedũt. Certus quidem sum q; ueritas Euãgelij põt ad tẽpus in plateis corruere, & p minas Antichristi modicũ reticeri, sed extĩgui non põt, cum ueritas dicat, q̃ uerba sua nõ transient, licet cœlũ & terra quo ad innouatõem aliquam sic transibũt. Expergiscat ergo fidelis in anĩa, & diligẽter inquirat a nrĩs hęreticis, quid sit ĩ natura sua hoc sacramentũ uenerabile si non panis, cũ fides euãgelij & sensualis noticia, cũ ratõe p̃babili istud dicit, quia certus sum, q; idolatræ qui fabricãt sibi deos, satis noscũt quid sint in suis naturis, licet fingant, quod habeant aliquid numinis a deo deorum supernaturaliter eis datum. Ideo dicit

fidelis, quod isti hæretici in ignorantia, nedum excedũt mures & tales bestias sed Paganos. Et patet fidelitas cõclusiõis prædictæ, ꝙ hoc sacramentũ uenerabile est in natura sua uerus panis, & sacramẽtaliter corpus Christi.

CAPVT V.

Probat dicta superius rationibus.

ALITHIA. Placet mihi, cũ uideo ꝙ uel oportet negare Euangeliũ tanꝗ̃ summe hęreticũ, uel de hoc sacramẽto concedere, sicut dicis. Sed rogo te cõmisceas cũ auctoritatibus tuis paululũ rõis, quia omes admittimus, ꝙ deus nihil põt facere, nisi probabili ratione, nec destruit naturã inpeccabilẽ, nec cõfundit noticiã naturalit̃ nobis datã, nisi subsit maior utilitas & maior probabilitas ratõis. PHRO. Placet ꝙ fidẽ de deo tã acute & recẽter respicis, ideo expedit parũ procedere scd'm ꝙ rationes istius materiæ exigunt, ut ueritas fidei plus clarescat. Supponamᵘˢ ergo, ꝙ inter omes sensus extrĩsecos, quos deus dat hoĩ, tactus & gustus sunt in suis iuditijs magis certi, sed illos sensus hęresis ista cõfunderet sine caussa, foret ergo Antichristianũ sacramẽtũ qd' istud faceret. Nã quoad tactũ de sacramẽto, patet experimento certo, ꝙ hęreticus nõ negabit, ꝙ iste panis sacratus dũ fuerit pistus nouiter, dispariter frangitur, ut patet de frãgibilitate & sono in cõparatione ad panẽ antiquũ, & spetialiter in aura humida tenaciter adherentem. Sed talia accidentia durities, mollities, frãgibilitas, & tenacitas, nec possunt per se esse, nec in alijs accidentib. subiectari, ergo relinquitur ꝙ sit subiectũ aliquod, ut panis, uel aliquid hæc subiectãs. Cũ.n. hoc sacramentũ manens idem continue nũc est durum, nunc molle, nunc frãgibile, nunc tenax. Patet philosophis, ꝙ præter qualitates quattuor, oportet dare subiectum aliquod quod in illis taliter transmutatur, quia aliter oport

Deus nihil põt nisi probabili ratione.

ter oporteret negare distinctionem taliũ accidentium. Vel ꝙ in tali transmutatõe sacramentũ nouum cõtinue est creatũ, ꝙ si primum detur, tunc nullum accidẽs distinguitur a materiali substantia, & cum manent accidẽtia illa forẽt materialis substantia sicut primo. Similiter in sacramẽto calicis, quo ad sensum gustus, est eadẽ consyderatio, cum põt contingere, ꝙ uinũ existẽs in principio dulce & sapidũ, per cõseruatõem in uase diuturnã, foret acrũ & oĩno insipidum. Et quãtũ nos gustu uel ratione possumus iudicare, oportet dare aliquod subiectum quod in illis qualitatib. trãsmutat̃. Quãtitas.n. ut ꝓfunditas, uel sup̃ficies, nõ recipit denoĩationes huiusmodi qualitatum, cum tunc in oĩ corp̃e habẽte longitudinẽ, latitudinẽ, & ꝓfunditatẽ foret quãtitas taliter informata. Oportet ergo pręter quantitatẽ dare subiectũ, ꝙ per qualitates huiusmodi alteretur, cũ cõtinue sit noua quãtitas rarefacta substantia uel densata. Sed quia in ista materia multiplicaui alias argumẽta, & allegaui cõtra istum errorem multiplex testimoniũ Augustini; Ideo illis suppositis noto tertio, quõ intrinsecorũ ista demẽtia est p̃plex a. Nam deficiente noticia sensus extrinseci, oportet ꝙ sensus intrinsecus illudatur, & nullus talis hæreticus dicet scolastice, ꝙ noscit quidditatem, uel differentiã substantiarũ sensibiliũ. Sed concedet cũ stultis philosophis, ꝗ de talib. sensibilib. nihil noscit. sicut posito, ꝙ multę hostiæ sacratæ & non sacratæ, hominibus ignorantibus sint commixtæ, tunc hæreticus nescit accidens suum a pane distinguere, sicut nos nescimus distinguere inter sacratas hostias & non sacratas, eo ꝗ sacratio non est sensibilis, sed insensibilis. Mures autem habent sibi innatã noticiam de panis substantia seruata sicut primo, sed istis infidelibus istud deest, & cum ignorant quis panis aut quod uinum ipsis latentibus consecratur. Nec consecratum iterum recipit consecrationem, quia sic accidẽs per se sine pane uel uino poterit consecrari. Patet quod

Argumẽtũ pro remanẽtia pãis.

est illis ambiguum, si unq; rite consecrant, ut si multitu-
do hostiarum statim post pistionē a presbitero sit sacra-
ta, & uinum in transmarinis partibus ignorante Angli-
co sit sacratum, tunc frater Anglicus non de illis conse-
crauit sicut dicit, sed quis scit si ipsę res ita se habent, cū
quotquot hostiæ possunt simul eodem uerbo domini con
secrari, & uinum potest in quocumq; uase & quantacū-
que quantitate sacrari, etiam si poterit per se esse gustū
itaq; cauponum, licet isti stolidi hæretici necessitantur
tollere, non tamen eis credunt, cum mures non obstante
sua stultitia seruant ex integro sensum suum. Quid er-
go moueret dominum Iesum Christum tollere sic iudici
um suorum cultorum, cum in nullo redundat eis bonū
nec ī ratione uel fide scripturæ potest fundari, q; est ne-
cessarium homines sic decipi: cum panis & uinum rema
nentia figurarent aptius corpus Christi & sanguinem,
q; accidens sine subiecto. Et æque potest corpus Christi
& sanguis esse ad quemlibet punctum talis corporis, si-
cut ad aliquem punctum talis mōstruosissimi accidētis
Et tunc saluari possent fidei scripturæ, & sic undiq; ma-
ior utilitas, & dei maior reuerētia resultaret. Similit ta-
les blasphemi inuoluunt prælatos insolubiliter in negli-
gentia quo ad grammaticos, cū grammtici doceant uer-
ba supradicta latina construere, secundū quod sunt uul-
gariter intellecta, sed propter periculum hæresis debe-
ret eis iniungi secundum istam blasphemam stultitiam
q; sic doceant pueros suos construere. Apostoli cognoue
runt dominum in fractione panis, hoc est in fractione ac-
cidētis sine subiecto, quia aliter pueri capaces possent cō
cipere q; panis substantia foret fracta per deum, quem
ut hærecici isti inquiunt foret grande periculum. Nam
grammaticus foret culpandus, qui non istam æquiuoca-
tionem detegeret, canis in cœlo lucet. Sed si doceret in
uulgari loquutione, q; animal latrabile ibi lucet, multo
magis ergo foret culpandus grammaticus, qui in pun-
cto

cto lesionis fidei huiusmodi æquiuocationem reticeret? Sed benedictus sit dominus uirtutis, qui istorum hæreticorum notitiam sic confundit, quod usque hodie nesciunt ad sensum suum construere uerba euangelica supradicta. Nam ipsi nec construendo, nec prædicando intelligunt uoces suas, quãdo dicunt, quod apostoli nouerunt Christũ in fractione panis, hoc est in fractione accidentis sine subiecto. Et sic antichristus in ista hæresi destruit grammaticam, logicam & scientiam naturalem. Sed quod magis dolendum est tollit sensum Euangelij. Sed deus sicut semper seruat notitiam naturalem in laicis, sic semper seruat sensum catholicum in quibusdam clericis, ut in Gretia aut alibi ubi placet. O quis posset fratres & alios apostatas excusare, quod uel ignorant, uel non audent, uel propter inuidiam nolunt fidem suam in istis detegere & populum docere, de quo preter obligationem secũdum amorem fraternitatis accipiunt tãtum lucrum. Reuera naturale ingenium hominis pseudofratres huiusmodi condemnaret, cum tanquam inimici domestici plusquam idololatræ remoti simplicem populum perturbarent. Quæ ergo maior blasphemia quam dicere, quod Christus qui est deus & dominus ueritatis, tales errores spetialiter in populo suo auctorisat? indubie declinatio a lege euangelica est in caussa. Quare isti pseudodiscipuli Antichristi reddunt se plus ignaros quam sunt bestiæ uel pagani.

CAPVT VI. Quomodo & qua caussa inoleuit hæresis circa Eucharistiæ sacramentum.

ALITHIA, Placet mihi quod tam audacter prorũpis in ueritates euangelicas, & illas in parte detegis ratione. Sed uellẽ libenter addiscere quõ & qua de caussa ista hæresis inoleuit, imo supposito quod diabolus cũ suis discipulis hãc inuenit quod signat ĩ Chrĩ ecclesia, qui Christus sup oĩs diabolos dñat?
PH. forẽ ĩfideli deterior nisi usque ad mortẽ defenderem

legem Christi, & certus sum, quod omnes haeretici uel disci puli Antichristi, non possunt istam sententiã euãgelicã inpugnare. Et ex alio latere confido de misericordia do mini, quod post hanc uitam breuem & miserã, ero suphabũ/ danter propter certationẽ istam legittimã a domino p̃/ miandus. Scio quidem ex fide euãgelij, quod Antichristus cũ suo consilio, nõ potest nisi corpus occidere, sed Chri stus cuius partem sustineo, potest tam corpus quam ani/ mã mittere in gehennã ignis. Et certus sum quod in illo quod est seruis suis utilius nõ potest deficere, cum ipse se gra/ tis opposuit dirae morti, & omnes chariores discipulos ordinauit ad profectũ eorum indubie acutius crutiari. Istam ergo reputo caussam lapsus hominũ in istam haere sim, quod discredũt Euãgelio, & leges papales, ac dicta apo cripha plus acceptant. Et inter omnes infidelitates quę unquam creuerũt in ecclesia dei sancta, ista subtilius & pro/ fundius demergit homines in uoragines errorũ de fide, et plus facit apostatare ab abbate domino nostro Iesu, Et esto quod Innocentius tertius deuiauit in ista dementia, ut fratres sibi imponunt, quod non pertinet mihi discutere. Scio tamen ex fide Christi, quod quicquid in materia ista definierit, non debet acceptari a fidelibus, nisi de quãto in lege Euãgelica est fundatum, cum certus sum ex ea/ dem fide, quod in ista lege omnis ueritas & specialiter ueri/ tas fidei, secundũ mensurã quae magis congruit contine tur. Et cum in Christo & lege sua non sunt, est, & nõ, sed in lege sua, ut patet ex praedictis continetur, quod sacramen tum istud est corpus Christi & panis, ideo hoc debet qui libet fidelis in domino obseruare. Sed ex isto manifeste infertur, quod hoc sacramẽtum non sit accidens sine subie/ cto, cum fundari non poterit, quod deus fecit accidens cor/ pus suum. Ideo adhaerẽs fidei ut haeresim maximam hoc negabo, Ideo misi alias satrapis in ista materia, istas tres conclusiones, cum protestatione debita. Prima haec est. Si uirtute istorum uerborum sacramentaliũ sit accidens

Tres cõclusion.

sine

ſine ſubiecto, in ſacramento altaris, illud accidens eſt ipſummet ſacramentũ. Patet ex hoc, ꝙ ſacramentũ illud ſecundũ confeſſionẽ concordem iſtorũ hęreticorum non eſt ſubſtantia, ideo nõ ſupereſt quid uerba iſta deſtruerẽt & in ſacramento relinquerẽt, niſi tale accidens. Secũda concluſio fuit iſta. Inter omnes hæreſes, quæ unꝗ pullularunt in eccleſia ſancta dei non fuit nephandior, ꝗ hęreſis ponens accidens ſine ſubiecto eſſe hoc uenerabile ſacramẽtum. Patet ex hoc, ꝙ iſta uia quantũ in ſe eſt hæreticat præcipua uerba Chriſti, & hæreſim ſuper maiorem partem eccleſię introducit. Tertia cõcluſio eſt iſta. Hoc ſacramentũ ex fide Euãgelij eſt naturaliter uerus panis, & ſacramentaliter ac ueraciter corpus Chriſti. Patet ex Euangelio ſupradicto. Quantũ ad ſecundam quæſtionẽ tuam uidetur mihi probabile, ꝙ Chriſtus qui dominatͬ ſuper oẽs diabolos, per hoc docet nos figuratiue, quõ regnum in ſe diuiditur, & finaliter deſolatur, & quomõ eius præpoſiti benedicunt, ad tantum quidẽ in ſe diuidũtur, quo ad iſtam materiam ſectæ fratrũ, ꝙ quęlibet cõtrariatur reliquæ, & nulla fundat efficaciter dictum ſuũ. Et quia ſui prælati præſumũt propter pecuniã benedicere, a domino maledictis, ſicut maledicũt crebrius a domino benedictis, ideo innuebat nobis dominus, quomodo eorum benedictio ſecũdum proprium eorum arbitrium ſæpe maledictio domini eſt dicenda, Iuxta illud Malach. i. Maledicam benedictionib. ueſtris. Dicunt. n. ꝙ in conſecratione ſuę hoſtię benedicunt panẽ & uinum in nihilum, cũ nulla pars eius remanet in Chriſti corpore, nec in ſuo ſacramẽto, ut inquiũt, ſed loquẽdo proprie de annihilatõe, annihilatur & in nihil conuertitur. Chriſtꝰ aũt licet uocatus fuerit homo auſterus a ſeruo pigro, nũꝗ tamen tam ſeuere alicui rei ſignabili maledixit, quãdo eẽ maledixit ficui Mar. xi. remanſit ficus ſubſtãtia, cum Chriſtus neſciat propter peccatũ uel figurã peccati, ſuam omnimode deſtruere creaturam, & cũ nulla cre

atura potest quicq̃ facere nisi preueniat factio creatoris. Patet ut consonat, qđ licet ipsi benedicāt panem (ut false dicūt) in nihilum, tamen Christus cum sit sua fabrica ipsum seruat. Nec oportet mussitare super dictum Iohānis de deo, q̃ panis remanẽs est, sed nescitur ubi est, quia fideles satis sciunt, q̃ panis uirtute bn̄dictionis Christi, in melius, quia in corpus domini est conuersus, & remanet panis, quia manet sacramentaliter ipsum corpus. Et si dicunt q̃ transubstantiat̃ uirtute uerborū sacramentalium, placet mihi, cum substantia illa non transit, si non in suo transitu habet esse. Laudemus ergo Iesum Chr̃m, q̃ auctor huius mẽdacij nõ est ille qui dixit, & facta sunt. Sed potius ille mendax qui dixit, & non facta sunt, mandauit & dispersa sunt. Quod si replicas ex hoc sequi, qđ Papa & cardinales sui frequenter in fide deficiunt, ac se & ecclesias suas sæpe decipiūt, uera est cõclusio, sed dolenda. Veruntamẽ utrum decesserūt contriti de tali hæresi, uel remanserūt post mortem hæretici, nõ est nostrū temere diffinire. Deus tamẽ qui nouit archana, noscit ueritatem in ista materia, sic et aliæ personæ, quibus uoluerit ipse reuelare. Non eñ tenemur credere, uel ꝟbis ostẽdere, q̃ ip̃e post mortẽ sit pater beatissimus, sicut in uita adulatores cupidi ip̃m clamant, sed si in uita usq̃ ad mortem a Chr̃i sequela plus fuerit deformatus, tunc in inferno ꝓfundius est dãnatus. Multos autẽ suppono seductos fuisse hac hæresi, qui finaliter pœnitebāt, ut suppono de dño Lincolen̄. & ceteris qui in scriptis suis reliquerāt, q̃ accidẽs nõ potest esse sine subiecto suo, & tamẽ dictus dn̄s Lincolen̄. in glossa sua de diuinis noı̄bus ita scribit Accidẽs (dicit) forte est sine subiecto. Et aduerbiū istius subtilis doctoris sic intelligo, accidens tale in sacramento oportet in actu cõsyderationis nostræ existere, cū monet actualiter sensum nostrū. Sed cõsyderationẽ de quidditate subiecti sui, decet suspendere, & totã cõsyderationem substantiæ creatæ, oportet in signato suo colligere, ut intrãs

Cõclusio dolenda.

ut intrans basilicam, non infigit sensum suum in cōsyde ratiōe de quidditate ligni imaginis, siue crucis, sed ipm colit quantū sufficit in signato. Sic est in materia de hostia consecrata, & quia hoc fit quandoq;, & quandoq; oppositum ideo repeto, ꝙ Lincolen̄. dicit, Accidens forte esse sine subiecto. Et illo modo loquunt̄ Philosophi ponentes, ꝙ tēpus habet esse per animā, & ꝙ sensibile per consyderationē animæ est in actu. Tēpus em̄ habet a nobis esse cognitū, ꝙ sit mensura motus sensibilis per consyderationē actualē aīę, sicut sensibile habet illam potētiam passiuā reductā ad actum, dum actualiter est sentitum. Et est mihi probabile, ꝙ magni philosophi in ista materia sic tacite senserūt. Sed quia frustra ē rimari intētionem auctoris huius erroris, ideo discussionem atq; cōtentionē circa hanc glossam relinquo Theologis disputandam, certus semper de fide Euangelij, in qua intrepide conquiesco.

CAPVT VII.

Quomō panis est corpus domini, non existens identice corpus ipsum.

ALITHIA. Placet iterū, ꝙ tam euidenter & acute exponis teipm & cōsydero, ꝙ infinitū magis autentica est ueritas scripturæ, q̃ persona aliq̃ iam supstes uel cōmunitas allegan da. Ideo si essent centū papæ, & oīs frēs essent uersi in cardinales, nō deberet cōcędi sentētię suæ in materia fidei, nisi de quāto se fundauerit in scriptura. Video iterum, ꝙ nō dānas Papā, uel personā aliquā sub isto errore, quia nescis qualiter decesserunt, sed qđ est infinitū tibi plus credibile, ꝙ doctores sub isto cathaclismo, uel errarunt in fide, uel uęcorditer tacuerunt, q̃ qđ aliquod uerbum Euangelij poterit esse falsum. Et sic est tibi nimis leuis euidentia. Si aliquis citra auctorem scripturæ sic dixerit, ergo uerum. Ideo uana est sollicitudo hominum in ista materia credere, credulitate fide digna,

in his quæ excesserint sensus suos, cum uix contingat ad argumentum topicum. Sed si talis quãtum cũq; sanctus & prudens sic asserit pręter euidentiam sensuũ, ergo uerum. Sed unum uellem libenter cognoscere, quomodo panis ille est corpus domini, cum non sit identice ipsum corpus. PHRO. Video q; in multis uerum concipis, & quantũ ad modũ quo panis ille, est corpus domini. Firmiter crede hoc, cum Christus qui mentiri non poterit ita dicit. Et nouisti q; triplex est prædicatio, scilicet formalis, essentialis, & habitudinalis. Relictis in ista materia duabus prioribus ad tertiam oportet attendere. Nam secundum tertiam dixi tibi, quomodo Christus dixit de Baptista quod sit Helias. Matth. xi. Apostolus dicit de Christo ij. Corinth. x. moralisando gesta legis ueteris. Petra inquit erat Christus. Et Gene. xli. Fides scripturæ asserit quod septem spicæ, & septem boues crassi, sunt septem anni fertilitatis. Et ut Augustinus notat scriptura non dicit, quod signant illos annos, sed quod sunt ipsi anni. Et talem loquutionem spissim in scriptura poteris reperire. Nec dubium in istis loquutionibus est prædicatio secundum habitudinem & non prædicatio secundum essentiam, uel formalis. Et omnes loquutiones tales notant, quod res subiecti ordinatur a deo, rem prædicati secundum habitudinẽ figurare. Sic autẽ dici põt q; panis ille sacramentalis, est ad illum modum spetialiter corpus domini, cũ Christus tam autẽticus illud dixit. Paratus sum tamen si ex fide, uel ex ratõe doctus fuero sensum subtiliorem credere, sed de hoc sensu sum certus, nec hæretici cõtrarij habent hic materiã resistendi, cum scd'm uidere illorum hoc accidẽs sine subiecto, quod est sacramentũ, est corpus Christi, hoc est ipsum corpus sacramẽtaliter signat uel figurat. Cum ergo maior sit habitudo panis ad corpus Christi, ut docet Augu. quã huiusmodi accidentis, quare non põt coloratus dici, quod ille panis est secundum habitudinem corpus Chri-

Quomõ panis est corpus Chri.

Protestat. Vuiclefij

pus Chri-

pus Christi. Nam ut docet Augusti. super Iohāne. Frumentū ex multis granis collectū molitur, secūdo irroratum aqua in puluere pīsatur, & tertio ad corporis esum pro fundamento capitur, correspōdenter panis sacramētalis a fidelibus sparsim recipit̄, consequenter irroratus fide euāgelica in corde pinsat̄, & igne charitatis induratus, spiritualiter manducatur. Ideo dicit Augusti. super Iohā. Crede, fide, charitate formata & mādu casti, quod de esu spirituali oportet intelligere. Nec audiendi sunt hæretici, qui sensum istū nitunt̄ extinguere per hoc falsum, qd' Euangeliū nec ante, nec post habet talem modū loquendi figuratū. Nam Luc. xxij. statim subiungitur, Hoc facite in meā cōmemoratione, Ac si diceret. Hic panis sacramētalis in efficacem mei memoriā debet capi. Similiter. i. Corinth. xi. dicit Paulus. Hic calix &c. Vbi non dubium, quin ista sit figurata loquutio. Cum Marci. xiiij. dicat Christus. Hic est sanguis meus &c. Et idem patet ex dictis, cum mens catholici nō capit, quod panis sit corpus Christi, nisi intelligendo figuratiue, cū identificatio non sit possibilis. Ideo absque omni ambiguitate hæc est figuratiua. Hoc est corpus meum, ut sunt loquutiones de Euangelio Iohannis. Nisi manducaueritis carnē filij hominis, cū multis eis similibus, quæ ad sensum aliū dixit Christus. Veruntamen aliquæ sunt loquutiones fidei scripturę, quas oportet plane sine figura accipere, ut in materia de incarnatiōe concędi debet, ꝙ Iesus noster sit deus & homo ut patet ex scripturis collatis ad inuicem, ut Iohan. i. & Ephe. i. & Hebre. i. Vnde reputatur, qd' calliditas diaboli diu studuit circa istam fallaciam, ut ecclesiam in hanc hæresim introducat. Cuius caussa est, quod prælati ecclesiæ non secundum ordinationem Christi præferuntur, nec sint propter legem Antichristi in lege domini studiosi, ac si diabolus machinaretur istam sententiam, si possum per meum Vicariū antichristum, adtantum seducere fideles ecclesiæ, ut ne-

gent hoc sacramentū esse panem. sed credant ipsum esse accidens maxime abhominabile. Per idem inducam, q credant posterius quicquid uoluero, cū fides scripturæ & sensus manifestus hominis illud docent. Nec uerum, quin per locum a simili simplicibus fidelibus posset dici qđ quomodocūq uiuit prælatus, luxuriosus, homicida, symoniacus, uel aliter uitiosus, nunq illud a subiecto populo debet credi. Veruntamen illud a subiectis clericis oportet propter lucrū iudicij amoueri. Sed de papa oportet istud supponere tanq fidem, sed qđ non errat, & specialiter in fide ecclesiæ, sed cum sit pater beatissimus, q non peccat. Et sic uidetur illud explanatū superius Matthei. xxiiij. Cum uideritis abhominationem desolationis. &c. in hæresim de ista hostia redundare. Quid quæso maior desolationis abhominatio, quā q ex institutione Antichristi pendeant uenerabiliter supra altare multe hostiæ consecratæ? Et tamen fideles cogantur concędere, qđ quælibet talis hostia, quam nos credimus esse panem & corpus Christi, sit prius simpliciter q panis equinus, uel corpus aliquod quantūlibet uenenosum, cū certū sit, qđ omne accidens tale corporeum, siue sit quātitas, siue qualitas, siue aggregatū multis accidentibus, sit infinitū imperfectius, q corpus aliquod assignandū. Nec prodest fratribus negantibus istam hostiam adorari, sed propť assistentiā corporis domini uenerari, quia certum est, qđ in qualibet creatura est trinitas increata, & illa est longe pfectior, q est corpus Christi. Ideo oportet hos fratres dicere, q populus adorans hanc hostiam, ut corpus domini, sit idolatra de lumine fidei desolatus tamen nos ex fide scripturæ euidentius & deuotius adoramus hanc hostiam, uel crucem domini, uel alias imagines humanitus fabricatas.

CAPVT VIII.

De identificatione panis cum corpore Christi.

ALITHIA.

ALITHIA. rogo frater, probes ulterius per rationem uiuacem uel scripturã autenticam, q non sit idemtificatio panis cum corpore Christi nec inpanatio. Non enim delector in scripturis apocriphis, qualibet utuntur moderni ad probandum accidens esse sine subiecto, quia ecclesia ita dicit. Tales enim euidentiæ neminem quietarent. PHR. Quantum ad idemtificationem oportet primo in significatione termini conuenire, quod ad istũ sensum ipsum intelligas. Quod naturas distinctas in spetie uel numero, deus fatiat esse unum idem in numero, ac si personã Petri faceret esse Paulum. Et tunc recolo me fecisse rationes multiplices ad improbandum impossibilitatem idẽtitatis huiusmodi. Nam iuxta istam phantasiam, quelibet pars quantitatiua quantitatis permanentis, uel tẽporis posset idemtificari cuilibet, quod statim probatur esse impossibile. Nam si hoc uerificatũ sit de A pedali linea, tunc quælibet eius quantitatiua, est pedalis, et iterũ quælibet summe parua quod sibi ipsi manifeste contradicit. Ideo ista opinio idemtificatur opinioni impossibili atque hæreticæ, et conformis est ratio de tempore, & quolibet assignando. Nã si A idẽtificatur B, tunc utrumque illorum remanet, cum destructũ non idemtificatur, sed corrumpitur, uel desinit esse. Et si utrumque illorũ remanet, tunc tantum differũt sicut primo, & per consequẽs differunt in numero, et sic ad sensum expositũ nõ sunt idem. Nam patet de uirtute sermonis. Si utrumque illorũ remanet, tunc illa ponunt in numerum, & per cõsequẽs numeraliter distinguuntur. Similiter si aliqua idemtificantur ad sensum expositum tũc oportet, q omnes differentiæ eorum sunt etiam identifice, quia quælibet differentia repugnat tali identificationi, & per idem cõsequẽtię forent idemtifice differẽtijs, & res unius spetiei rei alterius speciei, quod notum est claudere contradictionẽ in terminis. ALITHIA. Quietor in ista ratione triplici

Idemtificatio, quid sit.

ꝙ non poteſt eſſe idẽtificatio ꝙ ſignaſti. Sed rogo tolle in panationem, quæ eſt a quibuſdã pſeudofratribus tenta. Sicut uidelicet ꝙ humanitas et diuinitas ĩ Chriſto, ſunt utrumꝗ eadem perſona uerbi, ſic panis & corpus Chriſti, ſunt uirtute uerborũ ſacramentaliũ idem ſuppoſitum Videtur enim ex uerbis tuis, ꝙ ĩnuis iſtam uiam. PHR. Sum certus ꝙ ſententia iſta inpanationis, eſt impoſſibilis atꝗ hæretica, & propter hoc tenebat̃ a ſtultis pſeudofratribus plus ſuſpecta. Sicut enim argumẽtum topicũ ꝙ homo cõptus eſt ex hinc luxurioſus, ſic eſt argumentum topicum, iſta opinio originatur a fratre, ergo eſt falſa, nam eorum mendatia fatiunt euidentiam, ad hoc topicũ argumentum. Primo enim cõtra iſtud arguo, ꝙ iuxta uiam iſtam corpus Chriſti, et ſic Chriſtus glorificat⁹ in corpore, reciperet omnes tranſmutationes, uel denominationes quas panis reciperet, & ſic corpus Chriſti nedum foret factum a preſbitero celebrante, ſed a piſtore, et nunc multiplicatum ſic, ꝙ Chriſtus haberet multa corpora ſimul, & om̃es prædicationes, quas panis iſte recipit, & corpus Chriſti reciperet, & ſic mus corpus Chriſti comederet, ipſum corpus Chriſti putrefieret conuerſum in uermeſ, et generaliter ſacerdos celebrãs collum & omnia membra Chriſti frãgeret. Sed quid infidelius uel abhominabilius deſolans catholicum uiatorem? & conſequentia patet, quia quando duæ naturę idẽtificãtur in eadem perſona, ut patet in materia de incarnatione, omnis prędicatio alterius naturæ eidem perſonæ conuenit. Sic enim uere cõcedimus, nedum ꝙ Chriſtus ſed ꝙ deus fuit crucifixus, mortuus & ſepultus, ſicut ꝑ ante fuit tẽporaliter genitus, & ex muliere factus. Similiter ſi iſte panis ſic factus idemtifice corpus Chriſti, & illud corpuſ eſt realiter ipſe Chriſtus, ergo ille panis ẽ factus realiter Chriſtus deus. Sed quæ idololatria foret amplius deteſtanda? Sic enim quælibet eccleſia haberet deum ſuum, qui reciperet prędicationes abhominabiles

Inpanatio.

minabiles supradictas, & sic deitas foret turpissima res in mundo. Similiter si ad sensum expositum foret inpanatio, sicut est incarnatio, inpanatiōis foret festiuitas solemniter celebranda. Et Christus foret ad sensum consimilem factus Petra, agnus, ouis, uitulus, aries, serpēs, &c. sed quid stultius? Ideo certum est ex fide, ꝙ istam sententiam. Hoc est corpus meum, sicut alias ei similes, oportet in prędicatione secundum habitudinem acceptare. Ideo notanda est nobis una differentia inter prædicationem idemtificam, & prędicationem secundum habitudinem. Nam quando duæ naturę idemtificantur eidē personę, ut contingit de incarnatione, tunc utraq; earū est numeraliter idem suppositum. Sed secus est in materia de sacramento altaris, quia licet panis fuerit fractus in tres, uel in quotlibet partes, quælibet earum nō est realiter, sed habitudinaliter corpus domini, ut intuēdo diuersa specula, eadem faties est intentionaliter, idest secūdum similitudinem in quolibet eorundem. Vnde non oportet rem factam a deo secundum talem habituationē, suum figuratum requirere, ipsum figuratum moueri ad ipsam localiter, uel ex hīc realiter alterari, ut non est intęlligēdum corpus Christi descendere ad hostiā, in qua cumq; ecclesia consecratā, sed manet sursum in cœlis stabile & immotū, ideo habet esse spirituale in hostia, & non esse dimensionatum & cætera accidentia quæ in cœlo. Vnde uidetur mihi, ꝙ corpus Christi, et sic Christus humanitus, sit spiritualiter ad quemlibet punctum mundi Sed secundum Augusti. & doctores cæteros rex est spiritualiter, potentialiter & uirtualiter, ad pūctum quemlibet regni sui. Corpus ergo Christi est ad punctum quēlibet huius mundi, cum uirtute illius corporis, quælibet pars mundi perficitur ultra ꝙ̄ rex terrenus partes regni sui potest perficere, Veruntamen credendum est ꝙ longe aliter est corpus Christi in hostia consecrata, cum sit habitudinaliter ipsa hostia. Et secundum rationem spiri

tualis & uirtualis existentiæ, est aliter ad quemlibet pũctum eius. Et patet ꝙ secundum rationem duplicem, est corpus Christi in loco hostiæ consecratæ.

CAPVT NONVM.
Quod corpus Christi non putrefit.

PSEVDIS. Propter stultitias quas ebullis per tẽpus non modicum dormitaui. Sed modo oportet me uigilare paululum, ad illas stultitias reprobãdum. Primo enim nõ potes subterfugere sylogismũ talẽ expositoriũ. Iste putrefit, uel a mure comeditur, ille idem panis est corpus Christi, ergo corpus Christi sic putrefit atque comeditur, & sequũtur inconueniẽtia tibi impertibilia. PHRO. Consydero ꝙ nimis Sophistice ut uulpes infideliter dormitasti. Sed cõsydera prædicta de trinitate, de incarnatione, & de uniuersalibus, & tũc in multis tuis argutijs erubesces. Nego ergo tĩ argumẽtum, qđ uocas sylogismũ expositoriũ, cũ sit deceptorius paralogismus. Si enĩ in materia de trinitate nõ sequitur ista essentia est pater, & ista eadẽ essentia est filius, multo euidẽtius nõ sequit̃ in sylogisatione tuæ cœcæ argutiæ. Et eodẽ modo nõ sequit̃ in materia de ĩcarnatione, ista persona est ista humanitas, & ista eadẽ psona est ista diuinitas, ergo ista hũanitas est ista diuinitas. Et in materia de uniuersalib9, nõ oportet ãbigere exẽplis, ut licet species humana sit Petrus, & eadẽ species sit Paulus, nõ exhinc sequitur, ꝙ Petrus sit Paulus sed satis est, ꝙ sint idẽ in spetie. Et sic satis est tibi in proposito, ꝙ, si iste panis a mure comeditur, & iste panis ẽ corpus Christi, tũc illud quod est corpus Christi a mure cõeditur &c. Et talis aptanda est conclusio in omnibus alijs paralogismis. Exẽplum autem istius, patet in fide scripturæ. Vt non sequitur, iste Baptista est Helias, & iste Baptista tunc procreabat̃ de Zacharia atque Elisabeth, ergo ille Helias tũc fuit

Obiectus contra remanentiã panis.

ios Iesu, quis eorum uideretesse maior, & ut apparet (dicit fides euangelij) uideretur ad denotãdum q loquitur de maioritate sensibili quo ad mundum. Reges gentium dominant eorum &c. ministrator. Ex quib9 uerbis euangelicis patet luce clarius q Christus distinguit de maioritate mundana, & maioritate simpliciter quo ad deum Cum primam maioritatem notat per denominationẽ regum gentilium. Et cum propter ãtiquam consuetudinẽ & bona de genere uel moralia que immiscent uocantur benefitiati, & spetialiter ex hoc, q bona temporalia dant subiectis, & subtrahunt de malefitijs quæ exercere poterint licet sæpius sint tiranni. Sed secũdam maioritatem apostolicam exprimit, cum simpliciter negat illam uiris Eãgelicis debere competere, cum subiungit. Vos autem non sic. Vnde illam negatiuam notat Bern. multum ad papam Eugenium. Sed consequenter Christus declarat, penes quid attendi debet uirorum apostolicorũ maioritas, quæ est simpliciter maioritas quo ad deũ. Et docet q quicunq eorum in mente est humilior, & ex maiori charitate ministrator diligẽtior, est maior, ut patet de humilitate ex dictis superius. Et secunda pars patet notando spiritualia opera misericordiæ, & qua ratione Petrus fuit præfectus ceteris. Ideo cuicunq fideli cuius sensus nõ replẽt sensibilia, hinc patet ista sentẽtia. Sed postq clerus fuit mundo deditus, & contempsit legem domini, acuiluit Christi diffinitio in hac parte, dixerũt discipuli antichristi tacite, q Christus est contrarius nostris operibus. Humanitatem quam mundus requirit non docuit, sed miserabiliter uixit & inhonorabiliter ut mendicus, Quis ergo seqreretur eius uestigia nisi stultus? Et ex isto testimonio triplici Euãgelico patet sententia prędicta, confirmata de ueteri testamẽto. Sunt autẽ alia testimonia ex scripturis apostolorum quæ testificantur eandem sententiam. Nam Apostolus qui raptus fuit usq ad tertium cœlum, dixit prælatis pro regula. Habentes (in

Maioritas duplex.

quit

quit alimenta &c. i. ad Timo. vi. & notant fideles q̃mo/
do Apostolus dicit alimẽta simpliciter, nõ lautitias pl⁹
corpus hominis nutrientes. Et dicit quibus tegamur, nõ
pannos de scarleto meminens, nec cameras sumptuosas.
Per hoc ꝙ docet nos de talibus contentari, prohibet sup/
fluitates taliũ ad onus ecclesiæ & dimissionẽ nostri offitij
Similiter Petrus princeps apostolorum præcipit. i. Pe.
v. ꝙ non simus dominantes in clero, sed forma facti gre/
gis ex animo id est uoluntarie facti humiles ad gregis mi
nisterium & nõ discentes quomodo poterimus subditis
dominari. Nunquid rogo prelati querendo sibi castella
& prædia dominantur in clero, & machinantes quomo
do uestiri potuerĩt solennius, & dimissa consyderatione
onustationis ecclesiæ splendidius præornari? Vita autẽ
Christi & apostolorum docet quomodo intellexerãt ista
uerba. Similiter Aposto. ij. Cho. viij. supponẽs ut fidem
quomodo omnes debemus sequi Christum in moribus
sic subiungit. Scitis (inquit) gratiam domini nostri Iesu
Christi, quoniam propter uos egenus factus est cũ esset
diues, ut illius ĩopia diuites uos essetis. Cum ergo nõ uo
let negare, quin oportet omnes fideles sequi Christũ in
moribus. Patet ꝙ in gradu suo oportet clericos, spetialiť
in paupertate humili sequi ipsum. Vnde religiosi nostri
(utinam non false) confitentur concorditer, tanq̃ substã
tiam religionis suæ obedientiam seruandã Christo, pau
pertatem & castitatem quã seruabãt uirgines huic spon
so. Similiter Act. vi. ex decreto Apostolorum post mis/
sionem spiritus sancti dictum est publice, Non est æquũ
&c. Et hinc ordinauerunt septem diaconos ad hoc opus
Sed quis dubitat quin ille prælatus magis secularib⁹ ne/
gotijs se implicat qui relicto Christi offitio in uita, q̃ mũ
dus exigit se intricat? Apostolus tamen dicit. ij. Timo. ij.
Qꝫ nemo militans &c. Ideo cum nemo sumit sibi honorẽ
sed qui uocatur a deo, patet ꝙ prelatus habet illum hono
rẽ a diabolo cui se probauit. Et sic iuxta primũ uerbum

Lucæ xiiij talis non poteſt eſſe Christi diſcipulus, ſed diſcipulus antichriſti. Et ſic cum pręſumit eſſe maior domino Ieſu chriſto patet, ꝙ non eſt eius diſcipulus ſiue ſeruus ſed potius diſcipulus antichriſti. Et ex iſtis ſeptem panibus, licet non hordeaceis, ſed ſatis aſperis, poteſt ſatis ſatiari populus prælatorum, & ſupradicta ſententia cõfirmari. Alia autem fragmenta doctorum & rationes quas in iſta materia quidam multiplicant, nõ oportet nos ad hoc colligere, cum hęc integra de lege noua & ueteri ſuffitiũt fidelibus, ad iſtam ſententiam confirmandam.

CAPVT XVII.
De Auaritia Cleri.

PEVDIS. Licet uerba hæc ſæpe contra caput tuum protuleris, uidetur tamen ꝙ tam ratio quam ſanctorum canoniſatio, tuæ ſententiæ contradicunt. Quis enim dubitat quin lex Christi nedũ tollerat, ſed exigit ut eius ſeruo præcipuo debite in temporalibus miniſtretur? Deus enim qui non deficit in maioribus (ut bonis gratię & naturæ) non deficit ſeruis ſuis in nummis, cuiuſmodi ſunt bona fortunæ. Similiter licet euidentiæ tuæ tollant, ꝙ prelatus in clericis non debet iſta requirere, ſed de paucis temporalibus contentari, tamen non pręſumes aſſerere, quin licet dominis temporalibus clericis ſuis, titulo eleemoſynæ iſta dare, quia ſic extĩgueres quamlibet eleemoſynam corporalẽ. Similiter clerici poſſunt aliquantulum habere hæc temporalia & ſatis parce uiuere, nec citra omnia erit ſtatus, ergo poſſunt habere hæc temporalia ſeruando parſimoniam, ſicut fecerunt Apoſtoli. Et ſic creditur Silueſtrũ feciſſe, & multos alios quos canoſauit eccleſia. Cum enim hæc temporalia ſint creatura dei & per conſequens ualde bona, quid nocet habere ipſa cum bonis maximis? cum multum per accidens proſunt illis. PHRONESIS

Clar&

Claret mihi ex decupla fide scripturę allegata superius, quam credimus os domini loquutum fuisse, clericos nostros, & specialiter, tempore legis gratiæ debere sic uiuere. Et cum Christus deus & homo istud præcipiat, patet quod nō diligit dominū Iesum Christū, qui notabiliter hæc cōtemnit, & per consequens excōmunicationē horribilissimā incurrit. Cum Apostolus dicat. i. Corinth. ulti. Si quis non amat dominū Iesum Christū, sit anathema. Et cum idem sit amare Christū, & legem suam implere patet, quod isti prælati specialiter sic inobediētes legi domini ī currunt grauius anathema. Ista autē excōmunicatio a spiritu sancto inflicta, nō capit aufugiū per cautelas hominū, sed eo ipso infligitur quo reatus incurrit. Et istud est grauius quam damnatio uel hæreticatio, quā prælati cæsarij sciunt infligere. Et ad primam instantiā respondeo concedēdo, quod sæpe contra caput meum & prosperitatē meam mundanā protuli istam sententiā. Sed cum Christus & eius Apostoli sic fecerunt. Et ex hinc credimus quod iam sunt in patria gloriosi. Quis fidelis dubitare debeat, promulgare & defendere uerba Christi? specialiter cum dicat ipse. Qui me erubuerit coram hominibus & sermones meos, hunc & filius hominis erubescet coram angelis dei. Nec dubito quin ratio, uel una canonisatio contradicēt prædictis uerbis domini & doctrinæ, cū ueritas non potest cōtradicere ueritati. Et quantū ad canonisationem Siluestri, Gregorij, & aliorū, qui dotationē ecclesiæ acceptarūt. Dicitur nō scandalisando, uel deprauando hos sanctos, quod reputamus, sed non ex fide credimus illos fuisse in uia ex dei gratia a macula temporalium depuratos. Sed quis stultus dimitteret Christi monita atque consilia propter hoc, quod unus præuaricans ex dei gratia sit saluatus? Si enim unus ex præcipitio uel supino periculo, ex caussa nobis incognita liberatur, quis exponeret se frontose maiori periculo? quia nostri prælati longe magis illicite & nephande hęc temporalia amplectunt.

Contra dotationem.

Et

Et sic concedo tibi, quod tam ratio quam lex dei exigit, quod præcipuo dei seruo debite de temporalibus ministretur, cum deus non potest in isto deficere, sed tam ratio, quam utilitas dei serui requirit, quod non nimium istis temporalibus oneretur, sed cum hæc temporalia non prosint habentibus, nisi de quanto habilitant eorum officium quo ad deum. Patet, quod uir Euangelicus de quanto pauperius supplet suum officium, de tanto plus cæteris paribus placet Christo. Ideo sicut non proficit, quod nauis portetur ab itinerantibus post quam aquam fluidam nauigarunt. Sic etiam non prodest nobis quod in animo portemus temporalia plusquam ad nauigationem talem sunt necessario requisita. Oportet nos enim in itinerando in ætate nostra infantuli atque decrepita nauigare. Sed in ætate media in signum, quod debemus aspirare ad cœlestia, debemus uiare in sicco itinere. In prima nauigatione sustentamur a nostris parentibus, & in ultima de bonis quæ colligimus tempore pate, uel de eleemosynis corporalibus fratrum nostrorum. In media autem ætate de nostro labore debemus uiuere, uel de temporalibus quæ nobis acquirimus uirtuose, & iste status est propinquus statui innocentiæ quem Apostoli obseruarunt. Et sic intelligunt aliqui dictum Christi Matth. x. Nihil tuleritis in uia ne peram &c. Non enim debent uiri Apostolici tardari cum aliquo temporali, quod uel eorum affectionem, uel occupationem, quo ad suum officium impediret. Nuda autem & moderata habitio per uirgam gestam in manibus potest intelligi. Vnde sicut oneratus multiplici uestimento, est sæpe per hoc indispositus ad iter. Sic oneratus temp oralibus est sæpe indispositior ad prodessendum ecclesiæ. Et ad istum sensum dixit Christus ubi supra. Neque duas tunicas habeatis, & ista lex Christi est fundata in lege naturæ, cum qua nemo poterit dispensare. Ad secundum obiectum tuum patet, quod nimis false assumis. Cum domini temporales debent sic moderare suas eleemosynas, quod nullo modo Christi ordinatio extinguitur, quia aliter non forent eleemosynæ, sed præsumptiones

Quomodo intelligitur nihil tuleritis.

ptiones proditoriemaledictę. Christus em̄ docet in euā gelio Luc. xiiij. quomō debemus corporaliter eleemosynare paupes cæcos, pauperes claudos, & pauperes debiles, & per cōsequens alios mēdicantes ualidos astringere ad laborem. Oportet em̄, q in Christi regula sit paupertas in triplici sequenti particula, tripliciter intellecta, quia Christus nō docet eleemosynare diuites mundo, licet sint cæci, claudi, debiles. Docet enim eleemosynare tres tales paupes moderate. Sed quomō uniuersalis & ppetua dotatio ecclesiæ consonat cum hac regula Chri? Ideo sentētia ista implicat & docet, quomō fructuose & prouide corporalis eleemosyna debet dari, & quomodo iniuriatio facta his tribus egentibus, rectificari debet & corrigi, sed dona mihi istam iniuriā. Ad tertiū obiectū tuum dictum est sæpius, quomō duplici titulo stat hominem habere tēporalia, scilicet titulo originalis iusticiæ, & titulo mundanæ iusticiæ. Titulo autē originalis iusticiæ habuit Christus om̄ia bona mundi, ut sæpe declarat Augusti. illo titulo, uel titulo gratiæ iustorū sunt om̄ia, sed lōge ab illo titulo ciuilis possessio. Vnde Chrs & sui Apostoli spreta dominatione ciuili, fuerunt de habitione pure, secundū illum titulum cōtentati. Ideo regula Christi est, q nullus suorū discipulorū præsumat pro tēporalib⁹ suis cōtendere. ut patet Mat. vi. qui aufert quæ tua sunt ne repetas. Sed longe sunt leges ciuiles & consuetudo dominantiū seculariter ab ista sentētia. Et hæc ratio quare leges istæ mundanæ & executio furiosa illarum. sunt tam culpabiliter etiam inter clericos introductæ. Et patet q cōclusio quā infers est concedenda, sed habitio distinguenda. Nam habere ciuiliter. cum necessitat ad sollicitudinē circa tēporalia & leges hominū obseruandas, debet om̄ino clericis interdici. Et quantū ad Siluestrū & alios est mihi probabile, q in recipiendo taliter dotationē grauiter peccauerūt. Sed possumus supponere, q de hoc fructuose posterius pœnitebant. Et sic

Quomō debet prouide dari eleemosyna corporalis

concedo tibi, ꝙ licet clericis habere temporalia, sed titu lo & modo habendi quem deus instituit, & non illo mo/ do cupido, quem Caymitica institutio adinuenit. Nam chorda est creatura bona dei, sicut & collum hoīs, & ta/ men modus habendi illam circa collum hominis stran/ gulati est satis odibilis. Ideo nuda est tua argutia peccās in fallacia cōsequentis. Si licet clericis habere hæc tēpo ralia, ergo illo modo.

CAPVT XVIII.

Seculares ꝓpter dotationem sunt puniendi.

ALITHIA. Placet frater de ista sentētia, ꝗa apparet mihi, qđ satis acute & quodāmodo clare inuehis contra auaritiā sacerdotū. Et cū secundū Apostolū. i. Timoth. vi. Radix omniū malorū est cupiditas. Et sacerdotes debēt esse ra dix iusticiæ, uehens seculares ad cœlū. Videt̃ ꝙ inuehis contra radicē totius peccati ecclesiæ. Sed dic rogo, utrū seculares sunt ꝓpter dotationē huiusmodi increpandi. PHRONE. Placet ꝙ istam materiā pro ulteriori decla ratione secūdi obiectus tui taliter introducis. Et quia sæ pe impeditus sum, quia non reprobaui peccata tempora lium dominorū. Ideo in excusatione omissionis illius di/ cam tibi fidem in isto quā habeo, & si deus uoluerit, ue/ niet ad aures temporaliū dominorū. Tene firmit̃ & nul/ latenus dubites, quin tēporales domini in isto grauiter peccauerunt. Et hinc credo ꝙ iusto dei iuditio taliter in suis mundanis diuitijs sunt puniti. Ex hoc emorta sunt bella, cōtentio. & paupertas multorū seculariū domino rum. In hoc. n. in quo peccauerunt, iustū est ꝙ pœnaliter patiant̃. Ratio autē mouēs ad fidē cōclusionis prædictæ est ista, nō solū operantes nequit̃, sed cōsentiētes suæ ne quitiæ sunt culpandi, ut patet Iohā. i. Sed dñi tpales non solū coopati sunt ad istam dotationē, sed multiplicit̃ cō/ senserūt

Domini dotan/ tes ecclesiā gra/ uiter peccaue/ runt.

senserũt, Ergo cũ ista dotatio ordinationi Chr̃i sit cõtraria, qm̃ oĩa potens est, q̀ dñi tẽporales ex dotatiõe huius modi sunt culpãdi. Si em̃ sunt sex modi cõsensuũ, ut includit Metricus in his v̾sibus. Cõsentit cooperãs, defendens, cõsilium dans. A c auctorisans, nõ iuuans, nec rep̃hendẽs, Patet luce clarius, Q̃ domini tẽporales in om̃ibus istis sex se indicãt irretitos, & specialiter in duobus ultimis, eo q̀ uę corditer subtrahũt adiutoriũ & rep̃hẽsionem, q̃bus rectificata foret ista Chr̃i & ecclesiæ suæ iniuria. Cum tñ illorũ sit ex caussa multiplici hãc Christi iniuriã emẽdare. Primo, quia illi sunt qui in cõmissione illius iniuriæ peccauerant, ideo illorũ est satisfacere pro peccato. Secũdo, quia deus ad regendũ suam ecclesiam eis talem cõcessit p̃tãtem, ut patet Ro. xiij. Ideo ne ociẽtur in potestate ista, uel ea culpabiliter abutant̃, exercenda est in tanta Chr̃i iniuria more suo. Chr̃us em̃ in reprobãdo sacerdotes tẽpli, usus fuit sępe ista regia potestate, cũ in persona sua eiecit emẽtes & uendẽtes de tẽplo. Vt patet Iohã. ij. Et sæpe patiendo ac reprobãdo Chr̃us uerbaliter corripuit sacerdotes, ut patet in sua captione & passione, ac post ascẽsionẽ anno. xlij. in seruis suis, Tito & Vespasiano sacerdotes suos dire corripuit, sicut Luc. xix. p̃phetauit, quia si cognouisses &c, Et istam sentẽtiã pulchre declarat Isido. ut notat decretũ xxiij. q. v. c. Prĩcipes seculi. Si em̃ tẽporalia sua tenẽt a Chr̃o rege regũ, p̃pter seruitia inde debita, qd' rogo seruitiũ foret eis pertinẽtius, q̃ uindicando Chr̃i iniuriã & ordinationẽ suã tam rationabilẽ defendẽdo? Cum. n. idẽ sit Chr̃m diligere, & legẽ uel sermões suos seruare, ut patet Ioh. xiiij. Patet, q̀ si domini tẽporales diligunt Chr̃um sup omĩa, ordinationẽ suam præcipuã ordinando debẽt potestatiue defendere, quis rogo tẽporalis dominus in reuersatione ordinationis suæ præcipue non offenderetur? Et specialiter si ista reuersatio sponsam suam uiolet, & dissipat regnum suum, multo magis est hoc uerum, de pri

ma iusticia Iesu Christi, Recolerēt ergo domini tēporales, quomō Christus in cōuersatione fuit eis gratissim⁹, indubie ꝓpter seruitiū rependendū. Sex autem gratitudines aliquādo collegi ex fide Euangelij quas Christus fecit, ac dominis tēporalibus ostēdebat. Primo, ꝙ Christus qui est dominus tēporis, & qui potuisset nasci quandocunq; uoluerit, elegit nasci quando magis floruit dominiū seculare. Nam patet Lu. ij. Exijt edictum &c. Secundo, quia Christus potuisset dominari si uoluisset, supra omīa regna mundi, noluit in minimo diminuere dominiū seculare, cum Matt. viij. scribitur. Filius hoīs ubi &c. Tertio, quia Christus ut seculare dominiū redderet integrū ad dominos seculares, fecit sacerdotes tēpli sui de suis dominijs spoliari. Vt patet Luc. xix. Quarto, qa Christus pro se & suo pusillo grege soluit tributum Cæsari, ut patet Matth. xviij. Quinto, quia Chrus dedit iudiciū sūme autenticū, ꝙ bona cæsaris forent ex summa eleemosyna sibi danda, ut patet Mat. xxij. Reddite quæ sunt cæsaris cæsari &c. Et Sexto, quia Christus tenētes paupes dominorū seculariū pauit, sanauit, & in obedientia facienda illis multipliciter instruxit, ut patet in decursu Euāgelij & scriptis Apostoli, quomō serui debēt suis dominis obedire, & qđ est infinitū plus ꝙ aliqđ istorum, quæ tamē mundani præponderant Christ⁹ dominos tēporales fecit, redemit, & finaliter ꝑmiauit. Quid ergo ultra debuit facere, & non fecit? Recolerent ergo ꝓ omībus istis illius uerbi Apostoli Collo. iij. Grati estote Sed notet (rogo) fidelis quantā ingratitudinē sensibilē domino rependerunt. Nam cito post ascensionem eius, qui infra annum quadringentesimū eius ordinationem præcipuam in dotando ecclesiam reuersarunt, & per cōsequens Antichristū in deturpationē sponsæ suæ multipliciter procrearunt. Vnde narrant Chronicæ, ꝙ in dotatione ecclesiæ, uox audita est in aere angelica, tunc tēporis sic dicentis. Hodie effusum est uenenū in ecclesia;

Sex gratitudines quas Christus fecit et ostēdit dn̄is temporalibus.

Tēpore dotationis venenū pestiles in ecclesiā fusum est.

sancta

ſancta dei. Vnde a tẽpore Conſtantini qui ſic dotauit ec/
cleſiam, decreuit imperium Romanum, & in ipſo domi
nium ſeculare. Nec ualet excuſatio in peccato, ꝙ Impe/
rator & aliȷ eccleſiã dotantes putauerũt ex deuotione hu
iuſmodi multipliciter promereri, quia ex minori cæcita
te ſic credidit Apoſtolus mẽbra Chriſti ꝑſequendo. Vt
patet. i Timo. i, Et cum nõ obſtante hac ignorãtia & eui/
dentia capta ex ueteri teſtamẽto. Apoſtolus uero confi/
tetur ꝙ fuit blaſphemus in hoc, & peccauit grauiter con
tra Chriſtum, quare ergo nõ Imperator & aliȷ domini ex
magis craſſa ignorantia, poſt tantam gratitudinem delĩ
querent cõtra Chriſtum? Vnde eis denunctio, qđ nimis
durum eſt eis contra ſtimulum calcitrare; Ideo ſi uolunt
habere dominia ſua integra, non diabolice lacerata, pa/
cem eccleſiæ reformatam, & tenẽtes ſuos ſecundũ legẽ
domini ualidos non rebelles, ſtudeant proprie & attente
ad ordinationẽ Chriſti, quo ad ſuam eccleſiam quãtum
ſuffitiunt reformare, quia ex fide ſupponere habemus, ꝙ
ſub illa ordinatione foret proſperrime regulata. Tunc e/
nim extingueretur ſymonia in clero circa tẽporalia im/
plicatio & nephãdiſſima ignorãtia, deſidia & hęreſis cle
ri Chriſti. Et per conſequens ſecundo ceſſarent bella, &
regnorum translatio per conquęſtus, & ſic longe iniqua
tenentium pauperum ſpoliatio, exiſtente integro mun/
dano dominio in manu brachiȷ ſecularis. Et qđ maximũ
eſt currente libere & ſpiſſim ſermone Chriſti, plures ad
patriam uolitarent. Tunc enim ceſſarent blaſphemiæ de
ſpirituali poteſtate Paparum, quãtum ad abſolutionem
a pœna & a culpa, & infundabilem conceſſionem indul/
gẽtiarum. Etiam ſupra hoc, ꝙ Chriſtus uel eius Apoſto/
li nũquam conceſſerant cũ cæteris blaſphemiȷs infinitis
Nec poteſt fieri a Pſeude uel aliȷs Antichriſti diſcipulis
euidentia perfunctoria, ꝙ dominis temporalibus non li/
cet iſta corrigere, quia idem eſſet hoc aſſerere & dicere il
lis, ꝙ non ſunt potentes pro peccato ſuo commiſſo ſatis/

facere necessario sunt damnandi. Nos autem dicimus illis, quod nedum possunt auferre tēporalia ab ecclesia habitudinaliter delinquēte, nec solum quod illis licet hoc facere sed quod debent sub pœna damnationis gehennæ, cū debēt de sua stultitia pœnitere & satisfacere pro peccato, quo Chrī ecclesiam macularunt. Et si obijcis quod dare tales eleemosynas literatorie & solenniter promiserunt, quō ergo licet illis frangere uotū suū? Quęro a Pseude, si uouerit non substracta caussa fratrem suum occidere, nūquid debet illā iniustitiā adimplere? quin potius de uoto improuido pœnitere? Sic in proposito querat discretus sęcularis dominus, si tot oratores habeat, quod sufficerent ex data eleemosyna sustētari & indubie, uel oportet ipsos cōcędere quod ex implicatione cū mūdo sunt ad orandū inutiles uel omnino quod desitiunt de illo numero nimis multi. Cum ergo rex mittens exercitum ad bellandū in Frantia, prudēter & sedule facit bellātes ostendi, prouidens quot sunt cōpleti in numero in ualitudine corporis & armis, quanto magis circūspiceret magis sollicite de oratore, qui bellaret contra diabolum & sibi adquireret regnum dei.

CAPVT XIX. De Matrimonio.

ALITHIA. Frater mi satis dixisti de sentētia ista de clericis, & spetialiter superiorib odiosa. & eo magis quo nō doces quomodo tu a sentētia foret, sine nimis magna perturbatione ecclesię practisata, Iō descēdas ad materiā de sacramēto Matrimonij cōsimilē ordinē obseruando. PHRO Nūquam soror habui materiam aliquam scholasticā magis cordi quia uidetur mihi, quod precipue cędet ad honorē dei, & utilitatē uniuersalis ecclesię. Vnde uidetur mihi, quod notabiliter deficit a charitate perfecta & amore regis sui & regni, quia pro timore amissionis tēporaliū & amicitiæ satraparum, imo qui propter amissionē uitæ corporis hæc obmittit. Nec dubiū

quin Apostoli & alij cordati Chri discipuli usq; ad mortem istam sententiā ꝓmulgarent. Rex autē & regnū in isto pctō sunt damnabiles ex cōsensu. Quis ergo fidelis eius legius in hoc pctō maxīo reticeret? Auctorisat eñ rex peccatū maximū cleri sui, & sic radīcem peccati per qđ regnū quod regerat, est infectū. Et cum ad uerum seculare dominiū requirit iusticia dominantis, quæ repugnat huic crimini, uidetur ꝙ rex & regni sui proceres nimis perfunctorie dominant. Si eñ secundū legem Angliæ tenēte, frustrante seruitiū sui capitalis domini per bienniū, licet capitali domino de iure regis Angliꝫ capere illud dominiū ad usus suos proprios, sibi indigne per suum subditū occupatū, quanto magis licet regi regum cōfiscare dominia regnorū, si debitū suum seruitiū, per multiplex bienniū sit dimissum, cū debent seruire Christo in nō cōsentiendo proditorie Antichristo, sed operibus suis Chro cōtrarijs quantū sufficiunt aduersando. Patet per quantū tempus tante debitū dei seruitiū est obmissum, Et ut uidetur mihi. qđ ille legius regis qui detectionem talem dimitteret, foret uæcors proditor regis, regni, & dei. Et quantū ad istud quod inuehis, qđ timor perturbatiōis regnorū retrahit ab executione istius sentētiꝫ, cōsydera quomō Antichrs per suos principes cæcauit uæcordiť nostros milites in hac parte. Nam ad inuadendum regna alia in caussa propria & satis ambigua sūt audaces, sed ad cōplendū onus leue, & iuuandū charitatiue incolas regni sui quos magis debent diligere in caussa dñi sunt uæcordes. Nec dubiū, quin Antichrs cū suis principib. istā uæcordiā introduxit, Facilitatē autē faciendi hanc eleemosynā & debitū sic potes cognoscere, constat ex regalibus regis Angliæ, ꝙ decedente Episcopo, uel abbate, aut quocūq; notabiliter dotato de Anglia, temporalia sua ad denotandū regalia regis, cadere debent in manu sua. & non procedeť ad electionem, nisi obtenta regis licentia, nec habebuntur ab electo mortificata regni dominia, nisi rege nouiter approbante.

Contineat ergo se rex ab innouatione derelicti maximi progenitorũ suorũ, & in breuitate erit totum regnũ purgatum a mortificatione stolida bonorũ temporaliũ, quę iam sunt in manu mortua. Quis rogo præsumeret uel auderet occupare talia dominia, nõ obtenta regis licẽtia? Nec oporteret regem aut regnũ suum, pro sedanda ista materia in iusticia ferro percuttere, quenquã occidere, uel præsumptuose exercitio laborare. Sed sicut natura odiens mutationes subitas ordinate cõtinue procedit, sic sicut istud delictũ maximũ paulatiue & inordinate ꝓcessit. Sic si successiue & paulatiue secundũ mortes occupantiũ decrescat debite, quantũ ad non & regulante parua prudentia, non cõtingeret regi uel incolis nocumentum. Qui autẽ de clericis uel alijs contrariant̃ isti sentẽtiæ, sunt falsarij legis scripturæ, sic dei & regis maximi ꝓditores, nam psal. xviij. per regem Dauid dicit̃. Si mei non fuerint dominati &c. ꝙ ex sensu spiritus sancti pertinẽter potest intelligi, ac si rex quicũq; hoc diceret, qui multos clericos in regno suo haberet; & clericos illos suos uocaret. Si mei, hoc est sacerdotes & clerici, secundũ ꝙ deus instituit, nõ fuerint dominati, tunc ĩmaculatus ero a consensu peccati extrinseci, & emũdabor a delicto maximo, quo cõtrariando contra ordinationem Christi clerus ex ꝓtectione seculariũ insurgit cõmuniter cõtra Christum. Nec audiendi sunt clerici uel laici regi & suo cõsilio inimici, qui detegunt & ꝓmulgant sibi, uel suis proceribus contrariũ huius sententiæ, quibus applicari potest illud psal, Filij alieni mentiti sunt mihi &c. Et ex istis colligit̃, ꝙ rex & regnũ suum debent pauperes presbyteros ꝓmulgantes istam sententiã defendere, & contra quoscũq; & contra fratres suos protegere, quia aliter ex sanguinibus, uel ex uoluntate carnis, uel ex uoluntate uiri nati sunt, & nõ ex deo, & per consequens nõ nati sunt filij dei, uel regni cœlorũ, sed regis tartari, cũ plus amant filios patris mendacij, qui machinant̃ sui dispen-

Contra Saraboitas ferro percutiẽtes et comburentes monasteria.

dium

dium, & filios ueritatis. Potest enim esse, quod pseudo fratres & alij potentes clerici regnorũ, contra promulgantes sen/tentiã istam cõspicerent, & quomõ mortem eorum per commenta falsissima machinent. Sed quis fidelis horre ret corruptionẽ sententiæ huius ueridicæ? Vnde si non sperarent in defensione Chri & protectione dei promulga re istam sententiã Euangelicã non auderent. Quicunque enim contrariat huic sententiæ, acceptandus est indubie tanquam Antichrs Christi uerbis cõtrarius. Vnde uæ illis, qui impugnãt istam sententiã catholicam, & tam cũctis fidelibus salutarẽ. Non enim est fidelis aliquis præscitus, siue diabolus, quin sententia ista sibi proficeret, quia cui libet prædestinato proficeret, non solũ ad bonum uiæ, sed ad bonum patriæ impetrandũ, Quia timentibus deum, omia cooperant in bonum, & cuilibet præscito etiam di abolo prodesset in illo, quod demeritũ eorũ abbreuiaret, & pœnã inferni quodãmodo mitigaret.

CAPVT XX,
Quid sit Matrimoniũ.

PHRONESIS. Sed redeundo ad materiam de sacramẽto Matrimonij, ut superius tetigisti, ui detur mihi esse dicendũ, quid sit Matrimoniũ, ut habita eius quidditate, de eius passionibus se curius procedamus, Potest autem dici, quod Matrimoniũ est cõiugum legitima copulatio, quia secundũ dei legem li cet eis sine crimine filios procreare. Ordinauit deus, quod Adam & Heua, & per cõsequens, quod cuncti duo cõiuges in procreatione carnali taliter copulentur. Vnde Matth. xix. Christus sic determinat istam sententiã cõtra scri/bas & pharisæos ab ipso quærentes, si licet dimittere ho mini &c. homo non separet. Ex quibus uerbis Euange/licis patet autenticatio huius uenerabilis sacramenti. Ideo dicitur cõmuniter, cum a deo ordinatũ fuit in mun

Matrimoniũ excedit alia sacramenta

di principio & in paradiso, ꝙ ratione priuilegij multiplicis matrimonij, excedit alia sacramenta. Cum eñ ordinauit natura in cōiugibus media procreandi, Certũ est, ꝙ post contractũ legitimũ possunt licite ꝓcreare. Et iterum certũ est, ꝙ Christus intendit, ꝙ iugati debent esse caro una, tam corpore charitate cōiuncto, ꝙ etiam consensu prolem legitime procreandi, quia certũ est, ꝙ contra Pseudem, ꝙ omes duo homines sunt impugnabiliter una caro. Ideo Christus asserendo hanc negatiuã, excludit uitam extraneã a sic matrimonialit̃ copulatis, ideo dicitur cōmuniter ex testimonio Augusti. Q᷒ tria sunt bona cōiugij in cōmuni, scilicet fides, proles, & sacramentũ. Rationabilitas aũt huius sacramenti ex hoc euidet, ꝙ cum naturale & ex ordinatione diuina sit homĩes procreare, ac multi ex pronitate peccati nolunt seruare fidelitatẽ coniugij. Rationabile est, ꝙ ex lege matrimonij ad hanc fidem cōiugij sunt artati. Si eñ quilibet prolificus ex qualibet quæ sibi placeret, procrearet, foret cōsanguinitatis cōfusio, hæreditatis paternæ destructio parentũ inhonoratio, homĩnũ contẽtio atq; occisio cum multis alijs incōuenientijs q̃s uident philosophi naturales. Ideo lex naturæ cum facto dei docet ecclesiam, ꝙ cōiuges copulati legitime pro suo perpetuo cōiungant̃. Et satis modicũ est & necessariũ, ꝙ uterq; coniugũ pro suo perpetuo alteri seruet fidem, quia cum tantũ uniunt̃ uirtute matrimonij in principio, ꝙ sunt taliter una caro, & si alter eorũ dimitti deberet propter infortuniũ, utroq; superstite, sequeretur matrimonij infidelitas & incōuenientia superius recitata. PSEVDIS. Videtur mihi, ꝙ false & imbrigaliter loqueris in hac parte. Videtur eñ primo, cum tã mulier, ꝙ uir sit cōiunx, ꝙ quorũcũq; talium copulatio sit matrimoniũ. Et sic duo uiri uxorati, & charitatiue sociati ex hoc cōtraherent coniugium, & sic de uxorib⁹. Similiter nihil est licitũ nisi possibile, sed multi copulant̃ satis licite matrimonialiter, qui nō pos-

sunt

ſunt filios procreare, ergo deſcriptio eſt minus ualida. Similiter procreatio eſt non ſolũ appropriate in maſculo, ſed ſæpe ſtat matrimoniũ, quando procreatio talis deeſt. Videtur ergo non ſolum ꝙ eo ipſo quo eſt unum matrimoniũ ſunt & duo, ſecundũ ꝙ bona matrimonij ualde accidentaliter ſibi inſunt. PHRONESIS. Valde captioſe inuehis, ſed ſcias certitudinaliter, ꝙ ſuccumbes. Ad primũ argumentũ tuum reſpondeo concedendo, ꝙ quorũcũꝗ duorũ cõiugũ copulatio ſit matrimoniũ. Sed nota ꝙ non ſequitur, A eſt cõiunx C, & B eſt cõiunx D, ergo A & B ſunt cõiuges. Quia ad hoc ꝙ illi ſint coniuges, oportet ꝙ ſint diſtincti in ſexibus, & ꝙ alter reliquo ad finem matrimonij copuletur, ut non ſequiť in ſimili. Si iſte canis qui eſt pater illius catuli, ſit tuus, ꝙ ſit propterea pater tuus. Coniuges ergo cum dicunt relationẽ ad inuicem fundatam in fide taliter relatorũ, ſecundũ logicam relatiuorũ non dicunť coniuges, niſi unus ſit coniunx alterius, & econtra. Concedo tamẽ tibi, ꝙ cõiunx dicit generalius copulationẽ talium, ꝗ̃ ſocietatem ſodalium, uel copulationem carnalem aut matrimonialem, cum ſtat tales duas perſonas ex conſenſu abſcondito copulari. Ad ſecundã tuam inſtantiã uidetur mihi probabile, ꝙ tales qui non poſſunt procreare carnaliter quodammodo illicite copulantur. Vnde antiqui qui ex cupiditate tẽporaliũ ex ſpe mutuorũ iuuaminũ, aut ex cauſſa excuſandæ libidinis, licet deſperent de prole copulentur adinuicem, non uere matrimonialiter copulãtur, & ſic iuuenes ætate. Sed improportionabiliter coniugati, ex peccato priori deficiunt a ratione pœna huius uenerabilis Sacramenti. Multi enim in proportione ſunt inepti ad gignendum, qui cum alijs ſatis gignerent, ideo non deficeret ſuæ copulationi dei regimen, niſi peccatũ anterius ſit in cauſſa. Vtrum autem tales permanent graues adulteri, ex falſa palliatione Matrimonij, relinquo alijs perſcrutandum, Certe aſſerens, quod non

Qui non poſſunt procreare carnaliter quodammodo illicite copulantur.

est legitimũ matrimoniũ, nisi deus approbando coniun-gat taliter cõiugatos, Cum Chr̃us pertinenter præcipi-at, qđ deus cõiunxit homo non separet. Et quia fuimus incerti de cõiunctione approbata per deum, ideo multi homĩes in talibus cõiugijs de uita sua meritoria sunt in-certi. Ideo benedicta sit cõuersatio uirginũ sine tali co-pula. Et cum frequenter tales apud deum indispositi, sæpe in facie ecclesiæ matrimonialiter copulanť. Patet q̃ spissim peccatũ cõmittiť in tali copula, & specialiť in fi-cto diuortio celebrato. Nam pseudo fratres capitulares clerici, & alij cupidi faciunt sæpe diuortiũ de personis, quas deus approbatiue cõiunxit, Sed uæ illis. Nec dele-ctor in multitudine caussarum diuortij, cum multæ sunt infundabiliter humanitus ordinatæ, ut patet specialiter de cognatione. Nam tempe primi hoĩs fratres & sorores fuerũt ex ordinatione diuina taliter cõiugati, & tempe patriarcharũ, ut Abrahã, Isaac, & talium satis ꝓpinque cognati. Nec superest ratio, quare non sic liceret hodie, nisi humana ordinatio, quæ dicit non solum ex cognati-one, sed ex affinitate amorem inter homines dilatari, & caussa hæc hominũ est nimis debilis. Ad tertiam tuam instantiã dico, ꝙ ꝓcreatio uel actiue, uel passiue est & in fœmina. Nec uideo quare gignere sit cõmune ad marẽ & fœminã, quin ratione cõsimili procreare, cum utriq; cõueniat prolem producere. Nec est cõueniens, ꝙ sint duo matrimonia se ad inuicem consequentia, sicut sunt duæ similitudĩes si est una. Verũtamen matrimoniũ est principaliter in uiro, ideo uxor debet honorare uirum di-ligentius q̃ ecõtra. In cuius signum mulier facta est ex ui-ro, nõ uir ex fœmina, ut patet Geñ. ij. Debet tamẽ inter ipsos esse mutua dilectio socialis, in cuius signũ non ex capite uel pede uiri facta est mulier, sed ex costa, ad deno-tandũ ꝙ nõ debet esse uiro ancilla nec domina, sed socia lateralis. Et sic cõcedo tibi, ꝙ bona cõiugij sunt sibi ac-cidentalia, sed noscas ꝙ satis est esse prolem in aliquo tẽ-

pore

Margin notes: Cõtra diuortiũ. (beside "spissim peccatũ…") — Matrimoniũ est in viro prin-cipaliter. (beside "duæ similitudĩes…")

pore, & si non cõtinue stante cõiugio. Sicut non oportet ꝙ uir semp soluat debitũ, sed satis est ꝙ soluat in tẽpore oportuno. Alias autẽ difficultates de legibus humanis pertranseo, credens ꝙ multi ex affectione indebita coniungunt, sicut multi indebite separant. Primũ patet Tobiæ vi. Nam septem uiri per Asmodeũ diabolũ, cum copularent filiæ Raguel Saræ iugulati perierunt. Vnde vi. cap. sic habet. Dixit angelus Raphael Tobiæ, ostendam tibi qui sunt.

CAPVT XXI.

De Caussa libelli repudij.

ALITTIA. Cum caussa sepationis cõiugum exprimit in scriptura, decẽs est frater Phronesis, ꝙ de illa & de difficultatibus alijs hic loquaris, cum specialiter in illa materia sit dissensio generalis. PHRONES. Parum nosco in ista materia, & ideo ꝓpono me tenere in limitibus fidei scripturæ, sciens ꝙ dicta in illa sufficiunt, & alia inuenta humanitus cõmuniter non fundant. Dixit autẽ Christus, ut recitat Matt. v. Dictum est antiquis. Quicunqȝ dimiserit uxorem &c. adulterat &c. Istum autẽ textũ sic intelligo, non ꝙ libellus ex lege domini est excerptus, sed quia tempe Mosi hoĩes fuerũt proni ad occidendũ fœminas quas odierũt, & aliunde mala plurima ex malorũ copula cõtigerunt. Ideo Moses ad tollendũ culpam istam solicitus tolerauit libellum repudij, & a mihi probabili ad excludendũ utrimqȝ iniurias libellum repudij ordinauit. Multi quidẽ uerecũdarent caussam exprimere, quæ non ualet qui subticẽdo caussam ad sepationem nephandam ꝓcederent, & sup̃ hæc potest esse hortatio iudicum monens ad facinus dimittendũ. Dicitur autem cõmuniter, ꝙ libellus repudij fuit charta, in qua caussa sepatiõis coniugũ fuit inscripta, & data fuit cõmuniter a maritis. Quid fuit libellus repudij.

Christus autem excipit fornicationẽ dictam cõmuniter quæ includit adulteriũ. Quando em̃ alter coniugum cõmittit infidelitatẽ in isto; & reliquus cõiugum manet fidelis, cum fides ista sit præcipua in matrimonio, licet cõiugium dissoluere, saltem quo ad thorũ, utraq; persona incõiugata pro suo perpetuo remanẽte. Ideo dixit Christus, qui dimissam duxerit, adulterat, cum de lege domini mulier sic sepata, debet ab actu carnali cõiugij abstinere, nec dicat qđ sibi sine caussa sit iniuria, quia priuatio a bono coniugij, & qđ illi existẽtibus una persona aliter inficit personam cõpositam. Et sic ex infidelitate maculauit coniugiũ quo ad thorum, ꝙ si mulier delectatur in prolis procreatione, non uideo quin si uoluerit, licet sibi stare cum coniuge taliter delinquente. Et licet sibi si continere uoluerit a coniuge separari. Sed difficultatur ulterius, utrum propter caussam aliam quã infidelitatẽ adulterij licet diuortiũ celebrare. Et uidetur ꝙ sic, quia non solum seruanda est fides coniugum, in procreando prole, sed in seruando ex integro legem dei, quia aliter liceret alteri cõiugum esse ad reliquum omniũ hominũ infidelem. Hic uidetur mihi, qđ licet coniugi in casu alio a reliquo coniuge separari, ut posito qđ alter coniugum præcipiat reliquum esse in crimine aliquo induratum, sic qđ desperet de sua conuersione, & timeat de sua contagione ex cohabitatione. Tunc uidetur mihi, ꝙ licet ab inuicem saparari. Sed si alter coniugum speret conuersionem sui coniugis, per suam exhortationem, tunc debet cohabitare cum illo coniuge ad hunc finem.

Et iste uidetur mihi esse sensus Apostoli. i. Corinthi. vij. quando dicit. His autem qui in matrimonio coniuncti sunt præcipio, non ego, sed dominus, uxorem a uiro nõ discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. & uir non dimittat uxorem. Et sequitur, Nam cæteris ego dico, non dominus, si quis

frater

frater uxorem habet infidelem & hæc consentit habita-
re cum illo non dimittat illam. Et si quæ mulier habet ui
rum infidelem, & hic consentit cum illa habitare non di
mittat uirum, sanctificatus est enim uir infidelis per mu-
lierem fidelē & ecōtra. Ex isto textu Apostoli uideretur
mihi, ꝙ primo alludit uerbis domini prædictis in Euan-
gelio Matth. v. supra exposui. Nec oportet timere Pseu-
dis instātias, ꝙ textus Apostoli contradicit explicite si-
bi ipsi, quādo dicit, præcipio nō ego &c, Vbi uidet̃ expri
mere ꝙ ipse præcipit, & nō ipse præcipit, Sed sciat talis
sophisticās sensum catholicū & pertinentē scripturę in-
ponere, & cesset a sua stulta blasphemia. Videt̃ enim A-
postolū sic sentire in ista scriptura Corinth. nō præcipio
ego principaliter, sed dominus in Euangelio Matth. ex-
presse sentētiā supdictam declarat, quā recitatiue uobis
cōmemoro. Et sic tollēda est secūda apparētia repugnā-
tiæ, quādo dicit. Præcipio ego non domin⁹. Videt̃ enim
Pseudi cū deus necessario agit in q̄libet actione qd̃ si apo
stolus quicquam præcipit, & tunc & dominus spetialit̃
cum sine principali auctoritate domini nō ualet præcep-
tio. Patet ꝙ ex serie uerborū Apostoli, quia intendit se in
Euāgelio suo sup addere expsse sententiā, quam domin⁹
in prædicto Euāgelio nō expssit. Sed absit credere quin
Apostolus intēdat, ꝙ dn̄s prīcipaliter p̄cepit sententiā,
ꝙ̃ Aplūs hic inculcat. Patet quidē ex serie ũborum apo-
stoli cū bene sciuit, ꝙ sentētia sua non ualeret alit̃. Et ꝙ
si quis loquit̃ q̄si sermones dei debet loqui. Et istum mo-
dū loquēdi uellē pharisęos nostros attēdere, qui negant
infideliter, ꝙ hostia cōsecrata sit panis, quia Ambrosius
& alij doctores uident̃ dicere, ꝙ post consecrationē nō pa-
nis, sed corpus domini est dicendū. Nunquid tales blas-
phemi uolūt negare fidem scripturæ Apostoli & uerbis
Chri, ppt̃ sinistrū ītęllectū ũbi doctoris apocryphi? In
tęlligit enī more Apostoli ꝙ post cōsecrationē nō prīci-
palit̃ erit panis, & tales sūt multę negatiuę, q̄s ī scriptura

Quō ītelligitur dictū Ambrosij post consecrationē nō panis sed corpus domini est dicendum.

poteris reperire. Sed dimittendo istud uidetur mihi, qđ Apostolus in secūda propositione sua includit sententiā quam dixi superius, q si infidelis discedit discedat. Nō est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmōi In pace autem uocauit nos deus. Vnde scis mulier si uirū saluum facies uel econtra, quasi diceret. Cum deus ordinauit matrimonium ad fidem seruorum suorū sibi fideliter reseruandā, Non uult q matrimonium taliter sit seruatum, q faciat in aliqua persona oppositū. Sed oportet in talibus cum prudentia prouidere, ne carnalis affectio, uel peccatum praecedens indisponat taliter coniugatū, qđ non faciat qđ magis beneplacitū foret deo. Nam ordinatio dei est, nobis abscondita, ideo oportet q simus filij dei, & eius spiritu simus ducti. Et ista credo ex euangelio sufficere fidelibus q ad legē matrimonij regulādū.

CAPVT XXII

Cū quib⁹ ūbis uel signis matrimoniū celebrari debet.

ALITHIA. Placet frater de ista sententia ex scriptura tantum autentica reserata; Sed dic quaeso, cum quibus uerbis uel signis debet matrimonium celebrari, Dicitur. n. cōmuniter, q cum uerbis de praesenti, ego te capio in uxorem uerbum istud de praesenti, & non cū uerbis de praeterito, uel futuro, imo expressa affirmatione de futuro, ut q te capiam in uxorē, & alia persona postmodū ūba exprimit de praesenti, eo q notet expressiorem & efficatiorem affectū diminuit uerbum prius dictum. Veruntamen dicit a legistis, q expresso contractu per uerbum de futuro, & sequēti copula carnali, ut aeque ualet, ac si contrahētes uerba exprimerent de praesenti. Sed ultra cum surdi & muti possunt contrahere, uidetur q alia signa suffitiant praeter uerba. PHRO. Non delector multum labi in ista materia

teria, specialiter cum sit humanitus, & sæpe infundabiliter instituta. Veritas quidem mihi uidetur, qđ assistente consensu coniugij, & domino approbante, subducto quocunq; signo sensibili foret satis, ideo lex conscientiæ & consensus domini in bene uiuentibus in contractu huiusmodi rectissime regularet. In uerbis eñ qualitercunq; aptatis extrinsecus, potest esse deceptio, ut dicendo. Capio te in uxorem, potest esse qđ mens dicat oppositũ propter cõplendam uoluptatẽ carnalem. Cum ergo uerbũ mentis sit præponderantius uerbo oris, & ad uerum matrimoniũ requirit cõsensus, uidetur q; non sit matrimoniũ per uerba huiusmodi de præsenti. Iudices ergo qui ex nudis uerbis iudicant pro matrimonio, iudicant contra iudiciũ legis dei, sed maledicta sit lex huiusmodi, q̃a iudex coartabit per censuras suas fictas iugum personarum, ut faciãt cõtrarie legi dei. Similit̃ uidet̃, q; om̃ia talia ṽba de præsenti sint falsa, & sic cõtractus falsus quẽ deus nõ approbat, sicut nec uerba. Falsum quidẽ est, q; nunc capio te in uxorem, quia sic subito matrimoniũ foret cõpletum, & non ulterius adimplendũ, qđ cõtradicit legistis istius sentẽtiæ & usui cõmuni ecclesiæ. Si eñ per uerba illa de præsenti fit matrimoniũ, ita q; illis rite pronũciatis, fit primo matrimoniũ, tunc sequit̃ oppositum in adiecto, quia cum quãdo uox desinit esse non est, uerba ista de præsenti non faciunt matrimoniũ, nec sunt sibi compossibilia, quomõ ergo matrimoniũ fit per illa? Nec dubium, quin illa uerba cõsensum non faciunt, sed illud quod mouet animũ ad cõsensum, nec sufficiẽter testant̃, ut ex illis solũmodo iudicetur, nisi forte illi iudici Antichristo, qui non timet false contra deum iudicare, quomõ ergo seruat talis iudex regulam istam catholicã Nemo debet cõtra uoluntatẽ dñi repugnare? sicut fit cõmuniter in hoc cæco iudicio. Similiter hæc cõuertunt̃, ut hic supponimus. Te accipio in uxorẽ, & te accipiã in uxorẽ, cum ergo secundũ sit certius, & minus imbriga-

Ad uerũ matrimoniũ requiritur consensus.

bile uidetur, q ipsum sit eligibilius ad homies matrimonialiter copulandũ. Si em̃ accipio te in uxorem, tunc per ante est uerum, qđ te accipiam in uxorem. Et si sit uerũ, q te accipiam pro uxore, tunc pro tempore suo est uerũ q te accipio in uxorem. Cum ergo cum uerbis de futuro sit consensus compossibilis, & uerba illa sunt uera, atque in domino ordinata, quomõ licet uerba illa frustrare per uerba sequẽtia de præsenti, quæ nõ sunt tantæ efficatiæ, Iudex ergo capitularis sic iudicãs, diuino iudicio contradicit, & eodẽ modo uidetur mihi mirabile, q carnalis copula, quæ cõmuniter est peccatũ, confirmet, uel faciat matrimoniũ, cum deus non dignatur ad complendum suum opus habere tale adiutoriũ. Et specialiter cũ cõsensus sit in anima, & secundũ philosophorũ prĩcipia, materiale nõ agit in immateriale, qua ergo regula foret idem matrimoniũ bis completũ. Primo in cõtractu coniugum per se facto. Et secundo in solenni ritu ad ostium ecclesiæ à sacerdote per uerba nugatoria & falsa cõmuniter celebrato. ALITHIA. Videtur mihi q induis Pseudis habitum, & capitulares leges ecclesię non admittis, quod non est uiri prudentis facere. PHRONE. Dixi tibi in principio, q a me non expectes fundationẽ harum legum, uel rationabilitatẽ earum. Sed placet mihi, q ex facto & deductionibus satis certis cognoscam uersutias & infidelitates in illis, ut sic eas cautius caueam & doceam, q a fidelib⁹ caueant. Nec uideo, quomodo diabolus istas uersutias introduxit, nisi ut suspendat hortationẽ sanctam, & prædicationẽ prælati, quæ legem cõscientiæ adiuuarent. Ideo suspensa hac tota lege capitulari. Notã-dum tibi est, quomodo est Christus cum sua ecclesia desponsatus. Ecclesia em̃ quãdoq capitur reputatiue, modo quo solennisant multi prælati ecclesiæ. Et istum sensum uel modũ loquendi non approbo. Sed uere dicit ecclesia corpus Chri mixtum, qđ uerbis prædestinatiõis æternis, est cum Chro sponso ecclesiæ copulatũ, Et talis

Quõ Christus cum sua ecclesia est desponsatus

est

est triplex ecclesia, scilicet Militans, Dormiẽs, & Triũ-phans. Militans est corpus prædestinatorũ, dum hic uiat ad patriam. Ecclesia dormiẽs, est prædestinati in purgatorio patientes. Et ecclesia triũphans, est beati in patria quiescentes. Vna autem magna ecclesia fiet de omibus illis in die iudicij. Nec est incõueniens, sed consonũ, qđ beati angeli sint pars ecclesię. Ex istis uidetur, quod non solum quantitatem ecclesiæ, sed eius quidditatem cõmuniter ignoramus, & hoc prodest nobis, ne hic stulte de qualitate personarũ nobiscum militantium temere iudicemus. Sicut ergo nemo nostrum scit modo, utrũ aliꝰ sit prædestinatus filius ecclesiæ, uel præscitus, sic nõ debet iudicare aliquod esse membrũ ecclesiæ, uel ipsum damnare, excõmunicare, canonisare, uel aliter declarare, nisi forte hoc fuerit sibi reuelatum. Reputare tamen debemus recte nobiscum uiuentes, esse filios sanctæ matris ecclesiæ, & contrarie uiuentes esse filios synagogæ Satanæ. Et cum nemo faceret contra conscientiã suam plus diaboli nutriendo, uidetur ꝙ nemo tribueret temporalia prælatis, uel alijs cõuersantibus malicijs criminalibus uel peccatis spiritualibus notorie irretitis. Et hæc regula extingueret prælatias, sic qđ sacerdotes simpliciter studeant quomodo prodessent sanctæ matri ecclesiæ, sicut fecerunt Apostoli tempore ecclesiæ primitiuæ. Secundo excuteret leges hominũ, & specialiter censuras ecclesiasticas iam regnantes. Nam ut patet ex dictis de quidditate ecclesiæ iudices errant cõmuniter in factis istis, ac si de prædestinatis ac diabolis iudicarẽt Et sic tertio staret lex scripturæ per se sufficiẽs, & foret debite adornata, & leges prophanæ extraneæ, quæ sunt ad onus ecclesiæ & eius perturbationẽ forent penitus extirpatæ. O si in uia uidebimus illum finem, quia certus sum, ꝙ in alio seculo illum exitum cognoscemus. Matrimonium autem hominũ scimus a matrimonio Christi, & ecclesię exemplandum.

Purgatorium.

CAPVT XXIII.

De Pœnitentia.

ALITHIA. Video q̃ institutiones humanæ, quę uocant leges matrimonij modicũ placent tibi. Ideo modicũ dic (rogo) sententiã tuam de Sacramento pœnitentiæ. Et primo uidetur mihi difficile ipsum describere ꝓpter æmulos captiosos. Cum em̃ dicitur cõmuniter, q̃ pœnitentia habet tres partes ut cithara, scilicet cordis contritionem, oris cõfessionem, & operis satisfactionẽ. Videt̃ difficile signare genus pœnitentiæ, cum ista tria sint diuersa in genere. PHRONE. Non imagineris, qđ istæ sint partes quantitatiuæ, qualitatiuæ, uel quidditatiuæ pœnitẽtię, ut ratio tua innuit. Sed pœnitentiã intelligo formã qua cõtritus dicit̃ formaliter pœnitere, & sic apparet mihi pœnitentiã in mente consistere. Alia autem (quæ uocant̃ partes pœnitẽtiæ) sũt sibi accidẽtia, ipam ut cõmuniter cõplentia. Et iuxta illud psal. Confitebor tibi in cithara deus meus, signant̃ cõmuniter per partes citharæ corpalis, ista supma pars citharæ in qua infigũtur claui notet cõtritionem cordis, & grossa ac concaua pars citharæ, quæ sonũ caussat, signet oris cõfessionem, tertia aũt pars citharæ, quæ cõnectit has duas ad inuicẽ, signet opis satisfactionẽ. Et sic lirę sunt q̃si particulares expssiones peccati hoĩs qđ cõmisit, ad qđ prosunt digiti prælatorũ, & sic est multiplex pœnitẽtia aggregata. Prima est solũ in anĩo & insensibilis, quia cõtritus dño cõfitetur. Illa aũt licet sit paruipẽsa, est tñ uirtute maxĩa, sine qua aliæ nihil ualent. Secũda uero est pœnitentia aggregata ex illa, & expssione uocali singularit̃ facta deo; & sic tam pr̃es legis ueteris, q̃ pr̃es noui testamenti, cõmuniter sunt cõfessi. Sed tertia est pœnitẽtia aggregata ex duabus prioribus, & ꝓmulgatione secreta priuate facta presbytero. Et ad istã pœnitentiã magis attẽdimus

Pœnitẽtia pricipaliter cõsistit in mente.

Multiplex pœnitentia

ꝓpter

pꝑter lucrũ. Vtrũ aũt ista pœnitẽtia tertia sit de necessitate salutis, uel qua actoritate introducta fuerat, est dissensio apud multos. Sed oportet credere Iohãni de deo in hac parte, qui in glossa ordinaria decretorũ dicit post multas opiniones q̃s reprobat, ꝙ Innocẽtius tertius hãc inuenit, & pro eius cõfirmatione hac legẽ statuit. Om̃is utriusq; sexus, quæ in. v. Decretaliũ expꝯsatur. Mihi aũt uidet̃ ut explanaui diffusius, qđ foret ecclesię utilius, ut de prima pœnitentia & secunda ecclesia contentetur. Sed licet tertia multis noceat, & multa mala utriq; parti ingerit, Veruntamen facit ecclesiæ multa bona, Ideo cũ posset bene fieri, uidet̃ mihi, ꝙ sit ex suppositone necessaria, & sic est necessariũ simplicit̃, quia aliquibus quos deus ad hoc præordinat taliter confiteri, cum multi ex erubescẽtia de cõfitendo pctm̃ cõmissum, & expletione pœnitẽtię iniunctæ cum timore, alias taliter cõfitendi a pctõ iterũ cõmittendo cõmuniter se pꝯseruant. Sed non credat aliq̃s, quin sine tali cõfessione auriculari, stat hominẽ uere conteri & saluari, cum Petrus iniũxit generalem pœnitentiã, ut patet Act. ij. &c. & suffecit, imo alit̃ om̃s mortui a tẽpore ascẽsionis Chr̃i usq; ad Innocentiũ tertiũ forent damnati qđ nephas est credere, cũ supponimus, ꝙ sub ista lege Papali & eius seruãtia, plures damnant̃. q̃ damnati fuerant sine illa. Similiter nemo absoluens coĩter, scit grauedinẽ peccati cõfessi, sicut nescit si cõfitens sit cõtritus, & bene scit ꝙ aliter nõ delet̃ pctm̃, quomodo ergo mentiendo super Christũ, tam frontose absolueret, & pœnitentiã cuius ꝓportionem ad peccatũ ignorat, iniungeret? Similiter non licet ecclesiam onerare cum nouis traditionibus & specialiter suspectis, cũ priores sufficiũt, sed leges de cõfessionibus in scriptura expressæ, per mille annos & amplius suffecerunt, quomodo ergo est lex de pœnitentia tertia tam improbabilis introducta? Videtur ergo mihi, qđ ista obseruantia huius legis Papalis debet admitti præcise de quanto di-

Cõfessio auricularis reijcitur.

A quo inuenta auricularis confessio.

ſcretio confitẽtis indicat ipſa ſibi, pficere. ALITHIA. Video frater, ꝙ iſtam legem Papalem parum ponderas, & uidetur mihi, ꝙ per idem cõfeſſiones factas, limitatis cõfeſſoribus modicũ ponderares, & ſic abſolutionẽ a pœna & a culpa, & plenam remiſſionẽ conceſſam a Papa, & per idem peccati grauedinẽ, quã prælatus fulminando excõmunicationẽ horribilem ſæpe grauat, Et ſic diffinitio Romanæ curiæ in talibus deperiret. PHRONES. Non uideo quin multa uera minus innuis, cũ in fide ſcripturę ſine nouis additionibus de Romana curia ſatis exprimit, quomodo quis debet uiuere, quo ſeruato ſequitur ex fide, quod uitam illam perficiens ſit ſaluãdus. Vnde omẽs illæ dictæ ficticiæ, ſunt ut cõmuniter promulgatæ ad ſubiectionem, & fallacem obedientiam populi reſeruandã. Et ſic blaſphema cupiditas eſt damnabilis radix huius. Proſpitiamus ergo in lege perfectæ libertatis quid præcipitur & mandatˢ a domino, & illud perficiamᵘ, & a uetito abſtineamus, abſq; attẽdentia ad leges ordinatas nouiter, & eſt ſatis. Vnde quod ſupereſt nondũ a malo eſt, ſed eſt malum cõmuniter cæcans multos. Et ſic de omĩbus uotis, pmiſſionibus, & alijs priuatis obſeruantijs cõſyderet fidelis omĩpotentiã Ieſu Chriſti, & trajiciat totam intentionẽ animi ad futurũ uiuendo pfectius, ut prodeſt eccleſiæ, & de uita mala præterita pœniteat, cõfirmans in ipſomet propoſitũ, non ulterius ſic peccandi. Et ut uidetur mihi, ſufficit ad culpam delendam, & ad ſaluationẽ quomodocunq; ſuperiores contrariantˢ iſti ſententiæ. Sed in omĩbus iſtis debet fidelis cauere ne cum deo ſophiſticet. Et quantum ad illud dictum Matthei. xvi. Quodcũq; ligaueris &c. Quærat fidelis a pſeudo epiſcopo dictum hoc dñi allegante, ſi ex ſanctitate uitæ ſuæ, quæ ſit uitæ Petri ſimilis, ſit uerus Petri uicarius, qđ ſi præſumptuoſus hypocrita frontoſe ſic aſſerit. quærat prudenter ſimilitudo uitæ illius ad Petrum, &

Quomõ intelligitur: quodcũq; ligaueris.

ſpecialit

ſpetialiter in gratia fatiendi miracula & humili pauper-
tate. Petrus enim non præſumpſit ſe habere huiuſmodi
poteſtatem, a quo ſigno ergo Hypocrita talis ſic aſſerit?
cum cõtentioſa & defenſata aſſertio contradicit. Et cum
non probat nec ſufficit probare, ꝙ ſit uerus Chriſti uica-
rius, aut membrũ eccleſiæ quid ad illum, quod deus bea
to Petro poteſtatẽ huiuſmodi repromiſit, cũ ille nec eſt
Petrus, nec ex humilitate & uita ſancta eius uicarius? Si
autem uicariam Petri non ſic ſtulte in ſe aſſerit uel pręſu
mit, q̃d hoc allegatũ ad ipſum? ut pręſumat taliter ſupra
Petrum. Nõ enim uidetur hoc dictũ in Petro ulteriorem
ſapere poteſtatem, niſi quod omne quod ligauerit uel ſol
uerit ſuper terrã, cõformiter ad Chriſti iuditiũ & eccleſi
æ triumphantis, erit ſolutum & in cœlis, quod ſi errauer-
rit in ſoluendo ſubditos uel ligãdo, quid ſibi & huiuſmo
di dicto Petro? ꝙ ſi ꝑpter talem repugnantiã excõmuni-
cat, comburit, uel damnat, ſic loquentem tanꝙ hæreticũ
infidelẽ, quis dubitat quin iſta foret cæca pæſumptio an
tichriſti? Non enim eſt fides eccleſiæ, ꝙ ipſe Petri uerus
uicarius uel ſaluandus. Nec ſequitur ſi talis Antichriſti
præſumptio omnino ceſſauerit, ꝙ pereunt claues uel ſa-
lus eccleſiæ, quin potius omni tali põpa ceſſante, & om-
ni tali abſolutione, & excommunicatione cæſaria, in per
ſonis nobis incognitis Chriſtum humiliter confitentibꝰ
ſtaret eccleſia. Quid rogo magis hæreticum, quam ꝙ ta-
les perſonæ ſic uiuendo forent ex pacto, ꝑpter cõſenſum
ſymoniacum uicarij ſancti Petri? Talem ergo pompam
hæreticam per antiphraſim allegatam, poteſt deus fide-
libus ſuis oſtẽdere & extinguere quãdo uolet. Viuamus
ergo in fide filij dei, hoc eſt, in lege ſcripturę dñi noſtri Ie
ſu Chrĩ, & cõformemus nos illi quãtum ſufficimus & cõ
tẽnamus præſumptiuas põpas huiuſmodi Antichriſti.
Et deꝰ prouidebit fidelibꝰ ſuis ex perfidia iſta paſſis. Nã
paſſos ex timore nocturno a ſagitta uolãte & negotio per
ãbulante in tenebris, credimꝰ eſſe martires glorioſos, q̃re

ergo non passos ab incursu & dæmonio meridiano, quod est maximum matris nostræ periculum permissum a deo in manifestissimo Antichristo. Tales inquam Antichristi discipuli habent claues inferni & non cœli. Cum claues regni cœlorum sunt potestates ligandi & soluẽdi in humilitate, & cæteris uirtutibus fundatæ, & limatæ per fidem scripturæ a rubigine Antichristi.

CAPVT XXIIII.

In quo signo possum⁹ capere ueram contritionem.

ALITHIA. Dic rogo frater mi Phronesis ex quo signo possumus capere ueram contritionem, uel peccati deletionem, quia acute (licet obscure) Antichristi uersutiã detexisti. Et nunquid illæ sectæ cæsariæ & nouellæ quæ dimittũt regulas Christi, & attẽdunt appræctiãtes nouas regulas ad inuentas in hoc peccant, aut uere pœnitent dum acutissime & fortissime ista seruant? PHRO. Tam fideles nostri q̃ aduersarij discipuli Antichristi conformiter confitentur, quod ad peccati deletionem requiritur habere ueram cordis contritionem. Vnde dispositionem primam doloris (quæ non sufficit ad peccati deletionem) uocant attritionem & sequentẽ dolorem suffitientem uocant cõtritionem. Sed nec inter ista sciunt distinguere, uel cognoscere contritionem. De contritione autem dixi in tertia parte sermonum lxiiij. Quod est dolor suffitiens ad deletionem peccati, quem oportet esse maiorem de amissione gratiæ, quam de amissione dolor cuiuscunq̃ comodi temporalis. Et quam diu talis gradus de dolore peccati peccanti defuerit, non contritione, de amissione sponsi ecclesiæ plene dolet. Nec est doloris quantitas attendẽda penes intensionem solummodo, uel solum penes extensionem temporis, Sed oportet ad ista duo in modo dolendi simul attendere; ex quibus uidetur quã diu sumus in uia

oportet habere dolorem peccati in actu, uel habitu, cum dolorem pro temporalibus continuamus per tempus notabile. Ex istis etiam uidet᷑ ulterius, ꝙ uere cõtritus peccatum præteritum iterum non committit, quia si cõmitteret quantitatem doloris debiti uel extensiue uel intensiue amitteret. Et sic uere dicũt doctores, q̃ pœnitere est peccata præterita plangere, & plangenda iterum non cõmittere. Et ex istis uidetur ulterius, ꝙ solum prædestinatus de peccatis præteritis est contritus. Præscitus enim interrumpendo dolorem, docet non adesse contritionem Et ex istis uidetur ulterius. Q₂ sicut Papa & confitentes cæteri ignorant qualitatem præsciti uel prædestinati, sic ignorant qui homines sunt contriti. Et ex istis patet ulterius, ꝙ Luciferina foret præsumptio, homines adinuenire nouiter sine fundatione, q̃ hunc uel illum per impositionem manuum capiti absoluerẽt simpliciter a peccato. Quid rogo facit hoc signũ sensibile bulla cum plũbo, uel datio pecuniæ ad contritionem animi peccatoris? reuera non plus facit ad deletionem peccati, ideo tales cõfessores communiter seipsos mendaciter decipiũt & cõfessos. Et patet ꝙ in spem misericordiæ Iesu Christi & doloris firmi ac sancti propositi, potest uiator topice capere in seipso, ꝙ peccatum suum deletur, uel ꝙ in animo sit contritus. Vlterius quantum ad conclusiones ulteriores firmit᷑ tene, & nullatenus dubites, quin istæ sectæ nouellæ peccant grauiter cõtra Christum, in hoc quod ordinationem eius contẽnunt, & in ordinatione sua friuola plus delectant. Vnde prouide uidetur, ac si præuaricarentur in aliquo mandato decalogi, & præuaricationem illam pertinaciter contra deum defenderent. Sed ubi foret maior hæresis, aut plus damnabilis? Debent enim possessionati nostri cognoscere, tam ex uita Christi & Apstolorũ ꝙ̃ ex lege scripturæ, q̃ dotatio talis repugnat statui, quẽ nominetenus (licet false) & intentione subdola profitentur. Et tamen cum isto fraudulento nomine machinãtur

Pœnitere quid

solicite, quomodo possessiones illas augere possunt, defen-
dere in mundo & inpugnantes extinguere. Repugnat au-
tem diuinę iustitię mentes huiusmodi non punire, & eadē
est consyderatio de fratribus, qui blasphemant in deum
& partem suam defendūt magis solicite, ac in nomine do
mini detegētes earū fraudes asperius persequūt. Et idem
est iuditium de amore status, aut legis cæsarię uel Papa-
lis, statu uel lege domini prætermisso. Istud (inquā) pec
catum grauissimum non potest deleri uerbis floridis uel
pomposis, aut signis sensibilibus, absolutionibus uel in-
dulgentijs adinuentis, spetialiter dum adfuerit satisfati
endi oportunitas & possibilitas & durādi in peccato per
tinacitas. Quis ergo prudens & uidens animum menti-
entis, quod non uult ultra delinquere, & cum manum suam
extentam ut parate malefatiat peccatum dimittet com-
missum? Et sic parantē se ad peccandū ulterius in corde
diligeret. Deus autem intuetur corda & intentiones ho-
minum, ac quantitates & circumstantias passionū, ideo
non expedit blasphemare in eum, quod ipse propter signū sen
sibile adinuentum simpliciter deleat maculas præscito-
rum. Quæ ergo foret magis blasphema præsumptio? quam
hosti dei falsę promittere quod fatiat dominum sibi placitū
licet dominus secūdum legem æternam & planam iusti-
tiam contradicat. Per hoc enim dant falsi confessores &
prælati, membris Antichristi audatiam ad sua crimina
defendendū, & partem suam cōtra Christum nimis per
tinaciter usurpandū, ac si magis præsumeret dominari
in Christum, quoniam Lucifer uel eius discipulus Anti
christus. Cōsyderent ergo seculares domini, quomodo
Episcopi habentes a rege terrena dominia, & cū hoc cu-
stodiam latronum in carcere, ne aufugiant, & regnū fur-
tiue maculant, dum hæc fecerint episcopi, debent pro il-
lis furibus respondere, quanto magis si Papa, Episcopi,
& friuoli confessores habent a deo limitatum carcerem
cum cæteris donis dei ad maleficos castigandū, & cum
hoc proditorie deo & regnis animāt uerbis suis hæreticis cō
tra

tra dei iusticiã regnũ eius & populũ maculandũ. Nonne credimus q tales prælati respondebũt deo pro istis furibus, q̃s tam false & proditorie deo & regnis aĩant contra legẽ Chr̃i, & ad eius populũ maculandũ, & eius regnũ q̃ ad fructus uirtutũ diabolice destruendũ. Radix aũt huius maliciæ est sup̃bia Antichr̃i, & p̃sumptio cõtra pauperiẽ Chr̃i & discipulorũ suorũ cõtra ordinatõem Chr̃i occasione cæcæ ordinatiõis cæsariæ diruperũt. Suggessit em̃ illis diabolus, qd̃ cũ sic mũdane dominant̃ in clero, oportet ad fundendũ suũ falsum dominiũ, q blasphemiæ fingãt eis potentiã spiritualẽ, nec est qui impugnet illã potentiã, cũ non sensibilis, & habent p̃tãtem de regibus ad oẽs suos aduersarios tanq̃ hæreticos cõburendũ. Sic inquã fuit prætensa potentia Antichr̃i subdole introducta.

CAPVT XXV. De Extrema unctione.

ALITHIA. Sufficiũt frat̃ Phronesis dicta de ista materia. Sed dic rogo parũ de ultimo sacramẽto, qd̃ uocat̃ extrema unctio. Fundat̃ em̃ in illo dicto Iaco. v. Infirmat̃ q̃s in uo. &c. PHRO. Ista uidet̃ nimis leuis fũdatio sacramẽti, cũ fidelis posset dicere satis p̃babilit̃, q iste sanct⁹ apostol⁹ nõ speci uocat ĩfirmitatẽ finalẽ, sed cõsolationẽ faciendã a p̃sbytero, dũ aliq̃s ĩfirmat̃, & quia per uiã naturæ oleũ habũdans in illis p̃tibus ualet ad corp̃is sanitatem. Ideo talem meminit unctionẽ, nõ q illud oleũ agat ĩ aĩam, sed q orõ effusa a sacerdote deuoto medicat q̃nq̃ ut deus infirmitati animæ suffraget̃. Si em̃ ista corp̃alis unctio foret sacramentũ, ut modo fingit̃, Chr̃s & cæteri Apostoli eius p̃mulgationẽ & executionẽ debitam non tacerẽt. Cõcedo tamẽ tibi, q ista corp̃alis unctio est aliq̃bus cæteris parib⁹ sacr̃m. Sed oportet tunc, q p̃sbyteri mererent̃ suis deuotis orõnibus infirmatis. Caue tñ ne nimis leuis leuit̃ u̾ba apostoli sic ĩtelligas. Potes tñ ad tm̃ errare ut credas, q eo ip̃o q̃ sacerdos orauerit p̃ infirmo,

si aliquod peccatũ habuerit, remittet. Cum tamẽ multi infirmant sæpius, & sæpe unguntur qui ad damnationem perpetuã sunt præsciti. Nec est credendũ, quod inquantum presbyter sic facit, oratio suæ fidei saluabit infirmũ, cũ tunc foret fides ecclesiæ, quod quicũque in extremis istud reciperet sacramentũ, ex fide Christi saluabitur, & tunc foret necessitatissimũ inter omnia sacramẽta, cum recipiens alia, potest decidere finaliter impœnitens & damnandus, & sic potest istud indubie recipiens sacramentum. Ideo debet subintelligi, quod si sacerdos quẽ deus ad saluationẽ infirmi sic ordinauit cõformiter ad istam ordinationem dei orauerit, tunc saluabitur taliter infirmatus. Non enim est fides, sed in casu spes, quod iste sacerdos saluabitur, quomõ ergo foret fides presbytero, quod iste infirmus saluabitur? & specialiter cum sacerdotes regulariter carent reuelatione de saluatione infirmi. Et sic in sacramento baptismatis, in sacramẽto cõfirmationis, & cunctis alijs Antichristus ritus infundabiles adinuenit, & ad onus ecclesiæ extra fidem scripturæ, supra fideles subditos cumulauit. Sacramenta autẽ alia necessaria prætermisit, ut patet de septem operibus spiritualis misericordiæ, quæ debent apud fideles, & specialiter presbyteros esse sacramentũ. Sed hoc sacramentũ, licet sit ualde necessariũ, quia cum caret lucro temporaliũ, & est præpositis tædiosum, ideo est infideliter prætermissum. Vnde uidetur mihi singulos, qui instituunt tales priuatos ordines, & dant generaliter regulas, ut talia sacramenta uniuersaliter a subditis sint accepta in deum blasphemare, specialiter cum deus uult saluare multos sine acceptiõe huiusmodi sacramenti. Quæ ergo Antichristiana præsumptio? prælatum asserere & infundabiliter cõfirmare quod nemo saluabitur sine acceptione huiusmodi sacramẽti. Vtrum autẽ licet sic uncto infirmato postmodũ incedere super terram, & utrum oportet presbyterũ habere euidentem noticiam, quod sic unctus terram amplius non

calca

calcabit, & utrũ reiterari poterit hoc sacramentũ uncti onis extremę, est dubitabile apud multos. Sed relinquo stolidis huiusmõi difficultates inutiliter pertractãdas, unum asserens probabile, ꝙ sic infirmatus ac unctus, ac postmodũ in corpore cõualescens, cum uiuit tempus posterius, non tunc recipit sacramentũ ultimæ unctionis.

CAPVT XXVI.

De speciebus ministrorũ.

ALITHIA. Dic rogo frater de speciebus ministrorũ ecclesiæ, quia uidetur mihi ꝙ in ista materia supflue tempus occupas & derides. PHRONESIS. Cõstat mihi, ꝙ irrisio in casu sit licita & meritoria irridenti, cum Christus, Helias & Apostolus irriserunt. Quare ergo nõ licet nobis in declarationẽ fidei hæreticos irridere? quia tamẽ uirtus istius irrisionis cõsistens in medio, est rarenter inuenibilis; atq; difficilis, ideo uolo ab his irrisionibus me seruare, & loqui tibi de speciebus ministrorũ ecclesiæ. Chr̃us autẽ fuit summus minister ecclesiæ, cum Chr̃us secundũ Apostolũ fuit minister circũcisionis. Nec credo, ꝙ aliquis sit minister matris nostræ laudabilis, nisi in cõuersatiõe Chr̃i fuerit exemplatus. Ideo uidetur mihi nimis difficile, istos nouellos ordines stabilire. Tria autẽ ponunt̃ genera ministrorũ ecclesiæ, sub se multas species cõtinentia, quorũ primi & infimi sunt simplices laborantes. Secundi & medij sunt potentatus ordinationũ Chr̃i in ecclesia defendẽtes. Sed supremi & ultimi sũt sacerdotes Chr̃i, recte eius Euangeliũ prædicantes. Et ista pars debet esse quasi anima corpori matris nostræ. In istis autẽ est maior deceptio, cum Antichr̃s habet sub specie cleri procuratores duodecim contra ecclesiam Chr̃i machinantes, cuiusmodi cõmuniter ponunt̃ Papæ & Cardinales, Patriarchæ, Archipræsules, Episcopi, Archidiaco-

Irrisio in casu est licita et meritoria irridenti.

coñi, Officiales, Decani, Monachi, & canonici bifurcati, Pseudofratres introducti iam ultimo, & quæstores. Oẽs autẽ isti duodecim, & specialiter prælati Cæsarij & fratres infundabiliter introducti, sunt manifesti discipuli Antichr̃i, q̃a libertatẽ Chr̃i tollũt, ac onerãt sanctã ecclesiã & ĩpediũt, ne currat lex euãgelij libere sicut olĩ Sed quia inter octo pericula quæ Paulus meminit, periculũ maximũ & ultimũ est in falsis fratribus, ideo est de ipsis aliquid dicendũ. Vnde cum ipsi fingũt mendacit̃, ꝙ ante incarnationẽ domini fuerant introducti. Videndum est quomõ sunt catholice describendi. Ponit autẽ Lincolen̄. in quodã sermone, ꝙ generaliter claustrales, priuati ordinis, sed specialiter frater, Est cadauer mortuum de sepulchro egressum, pannis funebribus inuolutum, a diabolo inter homines agitatum. Est (inquit) cadauer mortuũ, quia licet uiuit uita ualida corpali, tamẽ est mortuus anima, q̃d est plus & uerius mors, quã mors homĩs corpalis, iuxta illud. i. Timot. v. Vidua quæ in delicijs uersatur, ea uiuens est mortua. Est autẽ cadauer putridum atꝙ fœtens, quia uita corporis naturalis de lege dei deberet esse a uita spirituali animæ deriuata. Sed secundo egredit̃ de sepulchro, quia ut asserit, quatuor claustri sui parietes ipsum includunt, tanꝙ mundo mortuũ, & clausum inibi ac sepultũ. Sed quia claustrũ animæ est infinitũ præstãtius, ꝙ claustrũ hominis corpale, ideo notandæ sunt quattuor ꝟtutes cardinales, scilicet Iusticia, Fortitudo, Prudentia, & Tempantia. Et notandũ est ecclesiæ, quomodo fratres istas quattuor parietes lacerant & dirumpunt, & per cõsequens egrediunt̃ de claustro animæ, fideles ecclesiæ perfide maculantes. Et quia irreligiose attendunt ad signa sensibilia, fructus eorum nimium dimittentes. Ideo Christus & suus Apostolus uocauerunt eos hypocritas, & hinc ad decipiendũ ecclesiã utuntur ultra religionem Christi pannis funebribus. Et cum

Periculũ maximum et ultimũ

Diffinitio fratrum.

cum secundū Iacobum sapientia mundi sit terrena, animalis, diabolica, duplicant isti hypocritæ in triplici uestimento. Quidam em̄ russeto signante laborem eorum desuper sunt uestiti, & uestimento albo signante mentis mundiciam intrinsecus uestiuntur. Alij autem pannis funebribus nigris desuper sunt uestiti, quos dicūt signare suum merorem ac dolorem continuū pro peccato. Vestimentis autem albis induūtur internis ut priores. Tertij uero induuntur uestibus albis, quo ad apparentiā mūdi extrinsecus & intrinsecus, ad denotandum laborem suum in ecclesia russetis uestimētis uestiuntur. Sed quarti uestiuntur ut secundi nigris uestibus atq; albis, sed in figura habitus, & sepulturæ forma, uariantur a duobus sequentibus sicut primi. Dicunt em̄, qđ figuræ difformitas attestatur sui corporis uilitatem, & zona qua cingūtur nodaliter, signat in eis ut referunt pœnam anxiam & continuā corporalē. Sed re uera signata ista non uidimus, cum iam non sunt prophetæ, sed hypocritæ falsæ, populum seducentes. Et sic claustrum corporis supra claustrum animæ plus attendunt. Fingunt em̄ q; in claustro corporis tantum cœlum & cœlestia suo conspectui præsentantur. Herbæ crescentes in claustro, signant in eis uirorem uirtutum supra alios mundiales, & arbor in claustro medio signat scalam, secundū quam in gradibus uirtutum aspirant ad cœlestia acquirenda. Sed ubi est maior falsitas hypocritica adinuenta? cum comedūt de illo ligno uetito in medio paradisi, & intoxicant radicaliter totum genus hominū ipsos sequens. Et quantum ad quartam Lincoleñ. particulam, qđ tale cadauer sit inter homines a diabolo agitatū, nō dubium fideli, quin tales dirumpentes claustrum animæ, a diabolis agitantur, cum ipsi diaboli plus amantes hypocrisim, & talem deceptionem humani generis, necessario currunt ad istā fallaciam hæresis uigorandam. Peccatū enim hypocri-

Varius fratrū vestitus.

ſis, cum ſit præcipuũ ueritati primæ contrariũ, & plus populi ſeductiuũ. eſt attente per diabolũ confirmatũ, Et patet iſta quadruplici membri deſcriptio quã ponit iſte ſanctus Epiſcopus & declarat. Et idem declarat beata Hildegardis in prophetia ſua expreſſius, anteꝗ̃ iſti fratres fuerant introducti,

CAPVT XXVII.

Q; fratres cõminiſcent hæreſim in eccleſia.

ALITHIA. Rogo te frater, dicas diffuſius, quomõ iſtæ ſectæ cõminiſcent hæreſes blaſphemas in Chriſtũ ad eius eccleſiam seducẽdum. PHRO. Tres blaſphemias de multis, oſtẽdi populo de iſtis fratribus in uulgari. Prima eſt de quidditate ſacramenti altaris. Secunda de mendicatiõe Chr̃i, & Tertia de literis fraternitatũ falſiſſimis, per q̃s acquirũt quaſi redditus a plebe paupere; & cum hoc cõfœderatione a potente populo, per quã ſub dolo in eccleſia Chr̃i defendant. Dixi autẽ ſuperius in principio huius quarti, per nouem capitula, quanta blaſphemia utũtur fratres in hoc uenerabili ſacramento. Ponunt em̃, ut ad partem ſatis didici, ꝙ ipſa conſecrata hoſtia ſit accidens ſine ſubſtãtia ſubiecta, ſine nihil, & hoc publicarũt ſed tacite Londonijs, in generali eorum concilio terræmotus. Poſuerũt em̃ ibidem publice, ꝙ in ſacramento altaris ſit accidens ſine ſubiecto, qď accidens non poſſunt fingere, niſi ipſam hoſtiã conſecratã, aliter em̃ neſcirent dicere huius hoſtiæ quidditatẽ, nec fingere quomõ uirtute benedictionis ſuæ, ſic accidens, ſic miraculoſe ſine ſubiecto, niſi ipſum accidens foret ipſum ſenſibile ſacramentũ, cum fingũt ut fidem, ꝙ ipſum non poteſt eſſe panis, uel corpus Chr̃i, nec habere aliquã ſubſtantiã, quæ ipſi naturaliter ſit ſubſtrata. Sed iſtud ſũmum miraculũ faciunt quotidie ex pacto cum domino, contra formam

De hoſtia.

uerbi

uerbi Chr̄i Euangelici, qua Chr̄us asserit, Hoc est corp⁹ meum. Et sic oportet ip̄os dicere, ꝙ Chr̄s in uerbo sacramentali præcipuo impossibiliter est mentitus. Q̷ autē alij fratres ut prædicatores dicūt, ꝙ hoc sacramentū, uel ista hostia sit aggregatio taliū accidentiū sine nihil, tendit hæretice in eandem sententiā, & sic nedum Christū hæreticauerūt in suo concilio, sed præcipuos sanctos dei ac totam militantē ecclesiam, quæ a tempe promulgationis Euangelij recte credidit, ꝙ hoc sacramentū, uel ista sacrata hostia sit naturaliter uerus panis, & sacramentaliter corpus Christi. Fratres autē qui subuertunt fidem hanc, nesciunt docere fidem aliam de quidditate hostię, cum uel dicunt, ꝙ non adorant, sed uenerant̄ hoc sacramentū, uel quod adorant illud qđ nesciunt. Videt̄ autē mihi, ꝙ hæretici isti habent dicere cōsequenter, qđ quēcunq; nodulū straminis, uel q̊dcunq; corpus signabile, est maior ratō adorādi, eo ꝙ hęc hostia nō est in natura sua, uel ꝑpter bonitatē naturalem, quā in se continet, taliter adoranda. Adorari em̄ debet ex hoc præcipue, non qđ ipsa est corpus Chr̄i aliqualiter, sed quia ip̄e continet abscondite in se corpus Chr̄i. Cum ergo in qualibet creatura realius sit trinitas increata, quæ est longe perfectior, q̄ hoc corpus, uidetur ꝙ ꝑpter contentū absconditū quęlibet creatura sit amplius adoranda. Dicūt em̄, ꝙ hoc sacramentū sit in natura sua peius q̄ panis furfureus, uel corpus aliquod uenenosum. Nec dubito quin debent cōsequenter dicere, ꝙ corpus Chr̄i sit in quolibet tali corpore, cum sit utiq; sp̄ualiter quolibet corpore regni Chr̄i Non ergo fingenda est illis ratio, quin per locū a sufficiēti similitudine, quodlibet corpus signabile sit tantū, uel amplius, ut hæc hostia adorandū, cum in natura sit melius, & ęque realiter uel realius cōtinet in se corpus dominicum, & etiam trinitatem. Vnde uidet̄ multis fidelib. ꝙ fratres isti in hoc blasphemātes in Chr̄m filium, plus q̄ in eis est, inficiunt hoc uenerabile sacramentū, q̄ si li-

nirent ipſum cum corpali ueneno, & intoxicarent perſonam præcipuã eccleſiæ militantis, quia blaſpheme mentiri in Chr̃m, eſt maius peccatum, q̃ foret talis intoxicatio Cæſaris ſiue Papæ. Quomõ ergo timerẽt tales ſectæ mentiri ſuper alios ſimplices Chriſtianos, quãdo non timent mentiri tam publice ſuper Chriſtũ, & deum ueritatis? Si ergo fidelis tenens tẽporalis domini offendit̃, offert ſe ad pugnam, ꝓpter hoc ꝙ aliquis mentit̃ in diffamationẽ, ſuper ſuum dominũ temporalẽ, quanto magis fidelis quilibet, qui debet Chriſtũ ſũme diligere offenderet̃, & pugnaret ſpecialiter cõtra talem quẽlibet pſeudofratrẽ. Si autẽ experiri uoluerit fidelis populus, utrũ tales ſectæ ſic credunt & defendũt, ut ipſis imponit̃, uideat diligenter & prudenter, quid ipſi ponunt hoc uenerabile ſacramentũ, quod ſi nolunt, neſciunt, uel non audent dicere, quis non habebit ipſos ſuſpectos? cum pars illis cõtraria ſciat, uelit, & audeat, ex fundatione Euangelij dicere fidem ſuam. Iſta ergo eſt hæreſis fratrũ, quã blaſphemando in Papam & cæteras partes eccleſiæ, nimis diu fidelibus occultarunt.

CAPVT XXVIII.
De Mendicatione fratrũ

ALITHIA. Frater Phroneſis de iſta materia ſatis dixiſti ſuperius. Sed uellem ꝙ de mendicatiõe fratrũ aliquid eccleſiæ Chr̃i oſtenderes. Videtur eñ multis, ꝙ Chr̃us taliter mendicauit, & certũ eſt, ꝙ ſuper mendicatiõe hmõi, fratrum religio eſt fundata. Et ita opinio de mendicatione Chr̃i uidet̃ eo coloratior, quo in pſal. dicit̃, q᷑ Iſcarioth pſequutus hoiem inopem & mendicũ. Et ut btũs Petrus aſſerit, Act. i. Iſta ꝓphetia Dauid de Chr̃o & Iſcharioth fuit dicta, nec uidet̃ ſufficere, ꝙ Chr̃s mẽdicauit ſolũ in mẽbris ſuis, quia certũ eſt ꝙ pſal. loquit̃ de pſona Chr̃i,

quam

quam Ischarioth taliter fuerat persequutus. PHRON. Dixi alias in lingua multiplici, quō mendicatio sit satis æquiuoca, sicut oratio. Aliqua enim est innuitiua, aliq̄ enim est insinuitiua, & aliqua declamatoria. Aliq̄ est etiam mendicatio a solo deo, & alia est mendicatio ab homine. Vnde alias descripsi mendicationem, ꝙ est petitio egeni pro eleemosyna corporali, pure titulo misericordiæ ad suam egentiam releuandā. Et sic Christus mēdicauit humanitus a trinitate, & per consequens a se ipso. Cū dixit patri orationē dominicam, q̄ꝫ fundauit. Et ut sępe asserit Aug. in de uerbis domini, quilibet dum orat orationem illam, necessitatur a domino mēdicare. Potest autē dici, ꝙ Christus mendicauit humanitus, sed solū innuitiue a suis fratribus, cum dixit illis in facto, q̄modo pro amore illorū factus est tam pauper & egenus, ut dicit apostolus in Epist. ij. Cho. viij. Et talis realis mēdicatio sine petitione insinuatiua uocali, est summe ꝑfecta mendicatio & faceta. Talem enim mendicationem decebat Christū habere, ad utilitatē suæ ecclesiæ. Qꝫ si fratres ex tali mendicatione sophisticant & mendicant ualide a populo clamorose & onerose, quis dubitat quin ista mendicatio sit diabolica nimis sophistica, ex facto Christi tam ꝟtuoso & ecclesiæ ita grato? Super isto autem addunt fratres defensionem sui mendacij, ꝙ nedum oportet, sed est simpliciter meritoriū sic uoluntarie mēdicare. Feci autem cōtra hoc in uulgari multiplices rationes. Primo ex hoc Matth. v. ꝙ Christus qui nō uenit legem soluere, sed &c. Dicit deutero. xv. Omnino indigens & mēdicus nō erit inter uos. Ad quid ergo oportuit Christum præuaricando, in hanc legem a suo populo taliter mendicare? Similiter prouer. xxx. Solomon ita rogat diuitias & mendicationem ne &c. Christus ergo nō fuit necessitatus disrūpere hanc ꝟtutem consistentem in medio, cum fideles ecclesiæ, omnia talia Christo necessaria paratissime sibi dabant, Similiter Iob xxix. ca. imprecatiue orat sanctus

Mendicatio quid sit.

Quae sit mendicatio perfecta.

Quis det mihi, ut sim iuxta mẽses pristinos, secundũ dies quibus deus custodiebat me, quãdo splendebat lucerna eius super caput meũ, & ad lumẽ eius ambulaui in tenebris, sicut fuit in diebus adolescentiæ meæ. Vbi patet luce clarius, ꝙ iste sanctus sancte imprecatus est adesse sibi prosperitatẽ seculi sicut olim, quãdo foret istud culpabiliter uitiosum. Similiter Act. xx. Paulus. Argentũ & aurum & uestem nullius cõcupiui, ipsi uos scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant &c. Ex quibus uidetur ꝙ labor etiam corpalis innuitiue præcipit, & mẽdicatio corpalis interdicitur. Similiter. ij. Tessalo. ulti. sic scribit Apostolus. Si quis non uult operari, non manducet. Audiuimus eñ inter uos quosdã ambulare &c. Ex quibus uerbis patet luce clarius, ꝙ Apostolus prohibet mẽdicationẽ huiusmodi. Similiter. Tessa. iiij. mandat Apostolus sub his uerbis. Rogamus autẽ uos fratres &c. desyderetis. Ex quo textu patet, ꝙ fratres in mendicando apostolico mandato, & sic mandato domini cõtradicunt Similiter Ephesio. iiij. mandando docet Apostolus, qui furabatur iam non furetur. Sed uideamus quomodo fratres plene mandato apostolico contradicũt. Sæpe eñ cõtra uoluntatẽ domini fraude fratrũ seductã, pessime rapiunt aliena, & laborem suis manibus prætermittunt. Cum tamen Apostolus, ut patet Act. xviij. ad exonerationem ecclesiæ arte schænofactoria fuit usus. Similiter deus iniunxit primo homini peccanti corporalem laborem, ut patet Geñ. iij. In sudore (inquit) uultus tui. &c. Nunquid intelligimus, ꝙ secta fratrũ sit præstãtior protoplasto, aut prædicatiuior sancto Paulo? Similiter. ij Corinth. vi. mandat Apostolus, Hortamur uos ne in uacuum &c. Quomodo fratres non inuacuũ grãm dei recipiunt, qui a deo habent corporalem fortitudinẽ & oportunitatem, & ad onerationẽ ecclesiæ negligunt laborare Similiter cum Chr̃us prohibet mendicationẽ talem publicam, cum eo ipso quo sic mendicans sit populo onero

sus

ſus, quod Chr̄us in Paulo ſæpe prohibuit, qua fronte au/
dent nouelli ordines, mendicationē publicam in perſo/
nis ualidis proclamare, & deuotionem nouellam in or/
dine tali ſtatuere? Nunquid Franciſcus & alij mercato/
res idiotæ excedunt fidem eccleſiæ, & dñm Ieſum Chri
ſtum? Similiter cū pauperes, cæci, ægri, debiles, de lege
dei debēt habere tales eleemoſynas, ut patet Lu. xxiiij.
Patet ꝙ ualide mendicans, ab illis hæc ſubtrahens, iniu/
riatur illis tribus paupibus, ſed que rapina nephandior?
Similiter talis mendicatio eſt legi naturæ cōtraria, quæ
ergo blaſphema neceſſitas imponeret illam domino Ie/
ſu Chr̄o? ſpecialiter cum nec ipſum ſic mendicare opor
tuit, nec lex Euāgelica in qua eſt om̄is ueritas, hoc expri
mit. Qua ergo fronte fratres in hoc blaſphemant in do/
minū Ieſum Chr̄m? Chr̄us em̄ & eius diſcipuli abſtinen
do a mendicatione tali, ſeruarūt decimū mandatū deca
logi, legem naturæ, & mandatū ueteris teſtamēti. Cum
ergo facillime potuit a præuaricatione huiuſmodi abſti/
nere, & cum hoc melius inſtrueret ſuos cōuiuentes me/
reri, in dando eleemoſynas, & ſeruando meritorius da/
tionem eleemoſynæ, quid moueret eum ad taliter expe
ctandum? Et hæc ratio mouebat beatum Clementem,
non ſinere pauperes baptiſatos, publicæ mendicationi
ſubiacere, ut patet in uita ſua. Quæ ergo ſequela deuota
in papa, ut nedum ſinat, ſed inſtituat mendicos ualidos
tanquam implerent mandatum Chriſtianæ regulæ, in/
differenter de magis pauperibus mendicare? Iſta ergo
non eſt Chriſti religio, ſed (ut creditur) religio Anti/
chriſti. Quid rogo moueret Chriſtū, ſtatum innocentiæ
ſine cauſſa infringere, & deuotionem populi ſic diminu
ere? cum per ſe notum ſit, qđ præferens releuationē an/
tequā miſer neceſſitatur ad uocaliter mendicandum, ex
pronitate parata meretur, & mendici occupationem pe/
tendo extinguitur.

Mēdicatio fratrum validorū eſt cōtraria legi naturę.

CAPVT XX.

Q᷑ mendicatio fratrum est infundabilis in scriptura,

ALITHIA. Fratres in isto mendaciter circũ palpitant, quærentes quomõ mendicatio uocalis Chr̃i ab homine, ex Euangelio est fundanda, cum sciunt ꝙ Chr̃s non prætermitteret punctum tam necessariũ ad stabiliendũ ordines istos nouos. PHRO. Video ꝗ ex rationibus adductis, & alijs pluribus si oporteat adducendis, qđ mendicatio ista fratrũ est nedũ infundabilis in scriptura, in qua nõ sunt, est & non, sed plane ex illa improbabilis & blasphema. Expedit tamẽ transcurrere per cæcas euidentias fratrũ, ad fundandũ mendicationẽ huiusmodi, & eius oppositum improbandũ. Nam Iohã. iiij. scribit, quomõ Chr̃s dixit mulieri Samaritanæ, ut daret sibi bibere. Quis ergo negaret mendicationẽ talem in Chr̃o, cum fuerat tam egenus? Sed ponderantes istam argutiam, in primis cognoscerent, quid descriptiue est hominẽ ab homine mendicare. Quãdo em̃ creditor uel eius procurator petit debitum ꝑpter alienationẽ tituli, non sequit̃ ꝙ mendicat, & multo magis, si dñs petit de suis, ꝗ sibi seruiens hæc ministret. Ideo generaliter licet Chr̃us dominanter de suis bona sua acceperat, non ex hoc sequit̃, ꝙ in hoc mendicauit ab illis, sed potius ministeriũ boni proprij ab ipsis requisiuit : l bonũ cõmodi ministrantiũ. Et sic uidet̃ quibusdam, qui Euangeliũ Chr̃i studuerant, ꝙ Chr̃us petit potum fidei & deuotionis a fœmina ad potandũ, nõ em̃ uidetur, ꝙ Chr̃us aquã materialẽ poposcit ad potandũ ieiunus, specialiter cum fuerit hora sexta, & discipuli abierunt in uillã ad emendũ illis cibaria. Similiter si Christus aquã materialẽ poposcit a fœmina ad bibendũ, tunc probabile est, ꝙ pro illo potu instanter & nõ inaniter institisset. Nunc autẽ existẽte fœmina paratissima ad dandum

Christus a Samaritana petiuit potum fidei et deuotionis.

dum Chrõ de aqua sua, Chrs bibitionẽ aquæ huiusmõi prætermisit, dicens diu post discipulis ipsum manducare hortãtibus. Ego cibum habeo, quem uos nescitis &c. Ideo ut patet ex Euangelio, Christus fuit delectatus ex fide & uerbis fœminæ, & sic ex merito om̃es & dispositione, ad ędificandũ ecclesiam spiritualit̃, humanitus est potatus. Sancti em̃ spiritualiter Christũ reficiunt humanitus obiectiue, & talem cibũ, ac eius esum Christus cõmemorat. Patet ergo, qđ fratres in isto sunt stultiores hac fœmina, quia sicut ista æquiuocat cum Christo propter ignorantiã excusabilem, sic isti dyscoli damnabilit̃ æquiuocant, de spiritu sancto npharie mentiendo. Ideo uellem ꝙ non mendicarẽt de suis nisi aquam, anteꝗ̃ pro isto errore satisfacerent, quæ de deo tam hæretice mentiũtur. Secũdo nitunt̃ fratres suũ mendaciũ stabilire per illud Lu. xix. Quãdo Chrs dixit. Zachæe festi. desc. &c. Ex qbus ỽbis cõcludũt hĳ inscĳ, ꝙ Chrs a Zachæo tam hospitiũ, ꝗ̃ cibariũ mẽdicauit. Sed sciant isti rudes grãmatici, anteꝗ̃ sic blasphemẽt, noticiã terminorũ, & non mentiant̃ uel utant̃ in mendicatiõe sua mendacĳs, quia certũ est, ad uerba ista dñatiua, nec intentionẽ Chri charitatiuã possunt attingere. Chrus em̃ uidens deuotionẽ Zachæi, ꝑpter charitatẽ quã ad ipsum habuit, & nõ propter miseriã sui siue egentiã ita dixit, ideo notarẽt frẽs hæc tria uerba, Festinans descende quia. &c. & erubescerent, in hoc fingendo de Chrõ mendicationẽ mendacit̃ quin potius Chrõ ascriberent ut sũmo medico ac liberalissimo, ꝙ ex sũma charitate manere cũ hoĩbus delectat̃. Vnde multi occupati in uisu rei delectabilis, dũ fratres ỽba illis hæc dixerunt, Festinans descende. &c. responderent fratribus mendici, adhuc potestis humiliter petere si sic uelim. Tertio arguunt hĳ blasphemi ex textũ Matth. xxi. Vbi Chrus misit duos discipulos Hierusalẽ pro asina & pullo eius, sub quibus illuc ascenderet, Quo modo ergo non a ciuitate Hierusalem mendicauit? Sed

erubescāt isti hæretici, quod instar huius domini mendicēt de hominibus, nec petita licentia nec obtenta. Christus enim summus dominus nō indiguit super pullum & asinum sic ascendere, nisi ad uerificādum fidem scripturæ Zacha. ix. ad figurandum quomodo incessurus foret super gentes ut pullos, & in fine mundi super Iudæos ut asinos, stulte legis onera obseruantes, spetialiter dum Christi discipuli uestimenta sua sternerent, super istas bestias hoc est dum uirtutes, & spetialiter humilitatem efficaci exemplo hos apostolos edocerent. Imo repeto quod Christus sic ascendit has bestias, ad damnandū equitationem Papæ & Cardinalium, imo inferiorum episcoporū, qui super equos bellicos, ornatos auro & serico equitant, communiter superflue & pompose. Quarto arguunt hij hæretici cæci. Quod Christus pro cœna sua mendicauit in Hierusalem hospitium atque panem, ut elitiunt ex euāgelio Matt. xxvi. Sed sciant isti inuerecundi hæretici, quod uerba euangelij damnāt suam hæresim manifeste. Nam uerba Christi ita se habent, ite in ciuitatem ad quendam &c. ubi patet luce clarius, quod Christus ibi dominatiue, & non mendiciter est loquutus. Sicut enim prius Matt. xxi. iste dominus docet discipulos suos. Si quis uobis aliquid &c. sic dominatiue & magistraliter loquitur in præsenti. Solebat enim esse regula postillantium, antequam speudofratres fuerāt introducti, quod dominus simpliciter per se positus, speciuocatur ad dominum dominorum. Videat ergo hæreticus hanc consequentiā, dominus hijs opus habet, & cōfestim dimittent uos, ergo ueritas sic loquens, has bestias mendicauit. Imponunt enim Christo in utroque istorū locorum, rapinam pauperū siue furtum. Christus ergo innuens suos apostolos hijs uerbis generalibus, ite in ciuitatem &c. & spetialiter dum ipsa uerba perfecerat uirtuose, indicat generalitatē sui dominij & magisterij. Quia Ioha. xij. dicit idē. Vos uocatis me &c. Et hinc ex doctrina euangelica, Christi discipuli non audebant se uocare magistros

Pulli gētes: Iudaei asini sunt

magiſtros & dominos, ſed ſeruos dn̄i noſtri Ieſu Chr̄i. Cōnectant ergo hæretici, hæc tria uerba Chr̄i ad inuicē. Primo quomō præcipit ſuis diſcipulis, in uerbis generalibus & fructuoſis, ꝙ irent in ciuitatē ad quendā, ac ſi innueret, ex generalitate mei dominij, cuicunq; dixeritis de illo quod poſtulauero, eſt prouiſum. Secundo notaret ſecundū uerbū quomō dicit. Magiſter dicit. Chr̄s enim dicēs eſt maior in ſtatione, ꝙ aliquis homo alius aſſignādus. Vnde ad denotandū conſtantiā dicti ſui, & ad figurandū ꝙ doctores ſunt digni cibario, ſubiungit notanter iſta ꝟba, Magiſter dicit. Sed notet hæreticus tertiū uerbum Chr̄i. Tempus meū prope eſt &c. Alij em̄ hoīes q̄s Chr̄us non tantū illuminat, ſubtrahūt ſuffragiū, etiā cū ſupponūt amicos ſuos chariſſimos prope mortem, Ideo cum Chr̄us tam certe & magiſtraliter ſic loquit̄, oſtēdit ꝙ neceſſitat ciuem illū ad taliter faciendū. Vt ergo breuiter cōcludam, patet fidelibus, ꝙ ueritas Euangelij talem mēdicationē Chriſti non innuit, ſed manifeſtiſſime tanq; ſumme hæreſim cōtradicit. Iſta quidē hæreſis præſumit a Chr̄o tollere originalē iuſticiā & ſtatum innocētiæ, & auctoriſationē mēdicationis ualidæ dyſcolorum blaſpheme ſibi imponere, dum dicunt ſibi implicite, qđ hic falſus ꝓpheta & dyſcolus, fuit hypocrite cōtrariꝰ legi ſuæ. Sed ubi magis horrenda blaſphemia? Quāuis autem in Euangelio legit̄ de quibuſdā, ꝙ in pœnam peccati populi ſatis licite mendicarūt, ut patet Lu. xvi. Tam manifeſte patet, ꝙ iſte modus mendicandi, originali iuſticiæ & ſtatui innocentiæ cōtradicit. Iſti autē ſunt ſtultificati idiotæ, qui neſcientes inter pauptatem & mendicationem diſtinguere, primā quæ perfectionē ſonaret, dimittūt, & ſecundā cupide, ut Iſchariotħ amplectunt̄.

Idiotę ſunt qui neſciunt diſtinguere inter paupertatē et mendicitatem.

CAPVT XXX.

De literis fraternitatū.

ALITHIA. Satis acute loquutus es, de ista secunda fratrum blasphemia. Sed rogo ut de tertia parum dicas. Nam per literas fraternitatū, nimis magna pars ecclesiæ est decepta. PHRONE. Placet de illis dicere in latino, qđ quondā expressi in Anglico. Sed timeo de Pseude qui mihi imponet, ꝙ superflue lauem laterē. Tum quia sæpe gemino eandē sententiā, tum etiā quia crescente fratrū inuidia, facio imprudēter nouissima eorum peiora prioribus. Verūtamen istum finem regulante dei gratia non intendo. Suppono autē, ꝙ aliqui fratres quos deus docere dignatur, ad religionē primæuā Christi deuotius conuertent, & relicta sua perfidia, siue obtenta, siue petita Antichristi licentia redibunt libere ad religionem Christi primæuam, & tunc ædificabunt ecclesiam sicut Paulus. Procedendo autem ad tractatum de istis falsis literis fraternitatū, oportet te earum seriē audiuisse, quo supposito, patet prima earum hæresis symoniaca, cum non dant tales regulas, nisi sub spe & intētione probabili, ꝙ ex eis lucrum temporaliū, & cōfœderationem illicitam reportabunt, quomodo ergo nō sunt hæretici symoniaci in affectu? Vnde in cōfirmationem istius, negato illis adiutorio quo ad tēporalia atꝗ defensionem statim remurmurant, nec ingeminant tales literas talibus offerendas, & si ipsas perdiderāt. Nec dubiū quin implicite sit in isto fraudulenta emptio atꝗ uenditio. Nec dubium quin tale hypocritarū cōmertium deus odit. Item ex quo fratres supponunt, & debent cognoscere, ꝙ fratrum affectuosa concessio tantū ualet, uel amplius fratri sancto, sicut ualet eorū litera, quantūcunꝗ subtiliter exarata literis aureis, & filis sericis perornata, non superest istius caussa, nisi ut populus illusus per fraudes subdolas, ad dandū fratribus de suis bonis temporalibus excitetˀ. Sed quis dubitat quin ista sit damnanda & nociua hypocrisis? Item cauendū est fratribus, ne

Quare dantur literae fraternitatum.

dent occasionē fidelibus ad percipiendū suas fallacias, uel introducendū aliquas infundabiles nouitates, cum debent scire, qđ Christus uoluit ecclesiam suam esse li/ beram ab istis. Et cum fratres faciunt in isto oppositum manifestum est, ꝙ in illo ecclesiam Christi subdole illi/ bertant. Item uidetur multipliciter, ꝙ fratres cadunt in hæresim ex radice. Simulant em̄ exp̄sse in istis literis, ꝙ personæ, quibus istas concędunt, participabūt post mor tem suis meritis. Sed ubi est maior p̄sumptiua blasphe/ mia? cum nec ipsi sciunt, nec homines cum quibus mer/ cantur, si illi ut præsciti in tartaris damnabunt̄, quæ igit̄ cæca stulticia cōfessionem eis tam ignotam asserere? Vi detur autē ꝙ innata cōsuetudine mentiendi, non curant contra æternum iudicium asserere se facere qđ non pos/ sunt. Item nemo debet esse medium per subtractionē sui adiutorij, ut alius sit dānatus, sed ut fratres implicant in illa materia, est in potestate eorū p̄seruare tam se ꝙ̄ alios ne dānent̄. Ergo supposita dānatione alterius, ex subtra ctione sui adiutorij sunt culpandi. Si em̄ concędunt alte ri, ꝙ post mortem participabit suis meritis, tunc mani/ feste post implicant, ut ipsum post mortem fore dignum talis participij, & ipsos in uia beatitudinem promereri, quia si utraꝙ pars sit præscita membrū diaboli, tunc ta/ lis concessio excędit potentiā horum fratrum. Item fra/ tres seruando modum hypocritarū, seipsos damnant pa tule in hoc facto. Nam secundum doctrinam Euangeli/ cam Matth. vi. tales eleemosynæ debent secrete fieri, ne pars sinistra hoīs sciat quid faciat dextra. Fratres autę ex illa scriptura sedula, & ostensione eius ad populū ma nifeste indicant, ꝙ dicunt populo meo, seipsos esse san/ ctos in ecclesia & solennes, & plus ꝙ̄ si ante se tuba cane rent, dant literas confirmantes suam sanctitatem, quæ literæ forent in cistis hominum perpetue conseruatæ. Item cum ex fide Euangelij, homo debet, cum uoca/ tus sit ad cœnam nouissimam, in nouissimo loco recum/

bere. Fratres autē cum uocanē (ut inquiunt) ad hanc cœnam, dum nec habent confirmationē uel reuelationē, ut supra omēs alios sunt locati, uidetur ꝙ alios recte uiuentes extra hos ordines, debēt reputare esse ipsis meliores, & non sic frustra concedere literas excellentius supra illos, imo cū lex Euangelica Matth. v. doceat, ꝙ quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, facere debetis illis. Videtur ꝙ supposita iusticia acquisitionis istarum literarū de fratribus, frēs debent etiam acquirere literas de simplicibus extra hos ordines, cum probabiliter ex suppositione debent supponere, ꝙ tales literæ plus eis ualerent, ꝗ literæ laicorū de fratribus impetratæ. Itē ex parte fratrum uidetur esse Luciferina p̄sumptio, cū nemo nostrū scit, utrū sit dignus amore, uel odio, & sic utrum sit modo laruatus diabolus, ut fuit Ischarioth, uel ex dei gratia prædestinatus ad patriam. Qua ergo fronte præsumeret superbus Lucifer sic piscare ante rethæ, & cōuenire alteri, ꝙ habebit partem meriti sui in patria cum nesciat? & nūc noceat, & amplius tunc nocebit. Item iuxta leges cōcessas & cognitas a toto populo, nemo debet in corporali cōmertio decipere fratrem suum, igitur multo magis nō in cōmertio sp̄uali, de hæreditate perpetua. Cum igitur cōmercantes ut bono tēporali, requirunt certitudinem de mercando, multo magis in tam præcioso commertio spiritali. Igitur cū nec fratres ex parte sui habent certitudinē de bono sperato, uidet̄ utiq; ꝙ fratres seminant deceptionē friuolam utrobiq;, & faciūt in facto magis fraudulentā cōmutationem, quā si uenderet catum in sacco, ementes quidē beneficia ecclesiastica facta, symoniaci sunt positi in spe ꝓpinqua, euidente ex cōtingētia rei gestæ, sed fratribus omino deficit euidētia in suo cōmertio. Quis igitur sic mercaret̄ cū fratrib⁹, cui scintilla fidei coruscaret? Item nemo potest præsumere sibi, qd' deo est ꝓpriū, quia hoc foret manifesta blasphemia, sed cōmunicare indifferēter cuicunq; uolenti emere par

ticipa

ticipationē meriti fratrū, uidetur deo esse ꝓprium, ergo fratres non debēt in deum taliter blasphemare. Non em̄ boni angeli, uel apostatæ talem unq̄ blasphemiā p̄sum/pserunt. Nunquid credimus, q̄ ꝓpter talem cōcessionē fratrum maniacā deus a rectitudine regulæ iusticiæ de/clinabit? Audiui quidē quosdā maniacos super bono tē porali & seculari dominio delirare, sed non audiui alios sic præsumendo se esse deum, & tam horride blasphema re. Item ex fide demōstrata a doctoribus, nemo pōt quic quā alicui rite cōcędere, nisi deus prius illud cōcesserit. Quicquid ergo fratres cōcędunt homini, deus illud pri us concędit. Cum igitur concessio diuina nō dependet a fratrib⁹, nec ab eorū chartulis uel sigillis, uidet̄ esse ultra p̄sumptionē diaboli, cōcedere participiū meriti hypo/critæ uiantis. Si enim rex terrenus concęderet quicquā suo subdito, & confirmando per chartam postmodum si gillaret, quomodo non foret scurra de sua coquina stul/to stultior? qui supra illud quod potest concędere sigillū suū sigillo regis apponere, & multo magis in literis fra/trum illa stulticia habet locum. Item nemo debet stabili tatem fidei in suos proximos infucare. Sed hoc fit per ta les literas fratrum. Multi enim credūt simplices talibus literis friuolis, quā credunt istum articulum fidei de cō munione sanctorum, & salute populi per dominū Iesum Christum. Quomodo igitur hæc hæresis non præberet uiantibus occasionem publicam delinquendi? Quis em̄ timet opera uoluptuosa, uel lucratiua fratre, si postmo/dum crederet propter modicam pecuniam di ctam fratribus absolui simpliciter, de toto crimine quod cōmisit? Hæc igitur hæresis fratrum sup/ponitur esse caussa, quare fides inter laicos sic uacillat,

CAPVT XXXI.

Quomō fratres falſe uendūt ſuas orōnes & merita.

ALITHIA. Cum ſint multi Meandri fratrū in illa materia, rogo ut radicem eorū deſtruas, ut hoc crimen penitus ab eccleſia ſit euulſum, quia ſatis uideo, ꝙ fratres permittunt ſupflue ex illa cōmunione ſui meriti, ultra ꝙ̃ poſſunt concedere, uel etiam ſibiipſis accipere, & ſpūaliter de fucata cōceſſione a ſignis fratrū uel literis, & diſtincta ueritate aut īmunitate infinitū plus ualida ꝙ̃ hæ literæ, uel aliqd' tale ſignū. Nullus em̄ frater præ uerecūdia mentiet̃, ꝙ cōcedit hoī talem literā non ſignatā, & illo ſignato ſignant̃ notato manifeſte patet, ꝙ frēs innuūt ſe concedere qd' non poſſunt.. PHRO. Placet mihi, ꝙ tantū concipis de erroribus pſeudo fratrū, & adhuc uidebis amplius in ſuis excuſationib ſubdolis & reſp ōſionibus fraudulo ſis. Dicūt, n, primo uerū, ſed falſe, ꝙ non poſſunt quicꝙ̃ taliū alicui cōcedere, niſi ſuppoſito, ꝙ ille ſeipm dignificet apud deū, & ſic concedūt talia, ſi deo placuerit. Sed erubeſcāt iſti hæretici, & ſciāt ꝙ poſſunt cuicūꝙ̃ cōcedere ꝙ ſit deus, & ꝙ deus deſtruat ipo poſito in loco dei, cū ſic deo placuerit. Quid ergo ſtultius a cōceſſione cōditionali: tum a ꝓbabili retrahit ſtultificatos, & frēs in hoc notabiliter demerētes, ne fiant digni ut & gratioſi apud deū nunꝙ̃ talia mereant̃. Chr̄s em̄ & ſui Apoſtoli nunꝙ̃ talia cōcedere p̄ſumpſerūt, tum inuitis fr̄ibus optet eos concedere, ꝙ cōceſſio talis ſit friuola aliis nihil ualens. Ideo ſecūdo dicūt, ꝙ hoīes qbus concedūt talia, multipliciter in fratrum ſubſidio ꝓmerent̃, ideo debet ſupponi pars melior, ꝙ quicūꝙ tribuerīt illa fr̄ibus, erūt pticipes ſui meriti & beati, qa uerū inquirunt, pars melior debet ſupponi. Sed in iſtis ꝟbis latet Meāder diaboli, ideo ꝙ̃tū ad primū dico tanꝙ̃ mihi probabile, qd' homīes quibus fratres concedunt talia, multipliciter demerentur.

Meritū dantium fratrib⁹ ſua bona.

Primo quia fiunt in fide instabiles, dimittentes fidem catholicam, propter mendatia friuola horum fratrũ. Secũdo quia tales cæcati nutriunt fratres, antichristi discipulos, & dimittũt pauperes, cæcos, claudos, atq; debiles, q bus de iure euangelij debẽt dare. Et tertio quia fraus fratrũ hypocritica, interimit cõmuniter hos & illos, & ideo cũ pars securior atq; melior suppponi debet, supponi debet capi ut fides, religio, cõsuetudo antiqua per Christũ edocta, sit longe melior, q̃ consuetudo uel religio fratrũ nouiter introducta. Et ita supponi debet, q si omnes fratres essent extincti uel damnati in tartaris, melius foret ecclesię, q̃ est modo. Et ita supponi debet, q licet fratres nullas literas tales cõcesserint, foret ex cõcessione Chri simplici melius quam est modo, ideo tales stultitiæ, in q bus fratres balbutiunt, redundant directius contra illos Tertio fratres arguunt false, q sicut dominis temporalibus licet bona, quæ habuerint gratis concędere, sic licet ipsis habentibus super meritis suis æque uerum dominium, gratis concędere cuicumq; uoluerint, sic & ipsis participationem sui meriti. Sed ista simiali stultitia patet induxisse symoniacos in cõmertationem bonorũ ecclesiæ, quę uocãtur benefitia ecclesiastica, licet sint de facto malefitia. Sed adhuc longe ab ista similitudine, quã fratres a suo simili introducunt, cũ humanæ ordinationi subiacet taliter de offitijs ecclesiæ prouidere, sed omnino caret ratione similitudinis, q fratres sic sua merita partiãtur, cum nihil potest habere rationem meriti, nisi ex dei gratia spetiali. Ideo q fratres communicent naturas suorum operum, quas uocant merita, est derisibile auditui uiri iusti, & q participent rationem secũdum quam gratiose sunt merita, excędit omnimode potentiam creaturæ, cum secundum ueritatem orationes, ieiunia, prædicationes, & sex opera, quæ communiter fratres exprimunt in suis literis, pertranseunt potestatem eorum, ut seruẽt ea & cõmunicẽt quib9 uolũt, & meritũ ex operib9

istis remanens formaliter intellectum, non est nisi homi nem sic mereri. Et sic unusquisque habet proprium meri/ tum siue demeritum. Merita nisi quandoque redundant in utilitatem alterius comerentis, sed tunc fatiunt nouum meritum, secundum gratiã acceptionis diuinæ. Si ergo non licet homini cõmutare aliquod temporale, nisi habi ta licentia capitalis domini, multo magis non licet fratri bus cõmunicare sua merita, nisi habita spetiali licẽtia do mini dominorum. Sed certum est quod deus nunquam licentiat nisi habita dignitate merentis, ad quod cumulantes tem poralia fratribus, fatiunt cõmuniter se indignos, cũ ini/ micos Christi sæpe nutriunt & defendunt. Si igitur nihil præter deum potest dare uirtutes, nec abuti illis cõmuni cando aliter, quam requirit ratio a pari uel maiori, solum deus potest partiri rationem meriti, secundum quod promerens facit se dignum in uita propria. Est ergo manifesta blas/ phemia, præsumere quod aliquid non deus, distribuat meri ta quibus uolet. Sed quarto arguunt fratres per locum a simili sicut prius, quod sancti in cœlo dant prius ipsis, qui be nefecerant hic in uia mensuram bonam, confertam, coa gitatam, & superefluentẽ, ut dicitur Lu. vi. Ego per idẽ licet duobus fratribus, dare suis benefactoribus minus bo num. Sed hic debet cõcedi cõclusio, cum fratres dant cõ muniter fraudulenta responsa, & naturas alias uitiatas; Quis ergo color, si sancti dant accidẽtalem beatitudinẽ benefactoribus suis in patria, ergo per idẽ licet paria fra/ tribus dare merita hic in uia? Beati enim dant obiectiue beatitudinem talem, & non subiectiue uel effitienter si/ cut deus, qui illabitur & beatis, & illa est mensura bona, quia bonum supnaturale, conferta, quia replet capacita/ tem animę bonorum, coagitata, quia sine uacuitate ple/ ne firmata, & supefluens, quia supra beatitudinem essen tialem plenius cumulata. Sed sic dare est infinitum infe/ rius, quam meritum impartiri. Et sic ubi Lucifer uoluit esse similis altissimo, isti fratres præsumunt implicite deum

a statu

a statu suo excludere, & in seipsis assumere statum dei. Quinto arguunt fratres per locum a simili, sicut supra, (inquiunt) Papæ distribuunt merita sanctorũ in cœlis, ut patet de indulgẽtijs. Cum igitur fratres sint æquales Papis, quo ad naturã sacerdotij, uidetur per locum a maiori, q̃ licet eis distribuere merita ꝓpria quibus uolent. Sed hic attende, quomõ fratres primo accusant Papas. Secũdo quomõ usurpant eis esse æquales. Et tertio quomodo contendunt eis superiores. Non em̃ Papæ concedunt tales indulgentias, nisi expressa cõditione, ꝙ hoĩes quibus cõcedunt, sint uere cõfessi & cõtriti. Fratres autem illam cõditionem cõtritionis non memorãt. Scimꝰ tamen ꝙ deus non potest culpam pctõris dimittere, nisi ueraciter sit cõtritus. Quæ ergo est illa secta, quæ tantũ extollitur super deum, & quemlibet eius Vicarium?.

CAPVT XXXII.

De indulgentijs.

ALITHIA. Quia frater mi, hic tangit̃ de indulgentijs, uidetur ꝙ earũ concessio cõsona sit huic p̃sumptiõi fratrũ blasphemæ: Vellẽ libenter, qđ aliquid diceres de illa materia. PHRO. Quia supbia eorum qui deum oderũt, ascendit semper. Ideo licet fons hæresis & peccati, sit in ip̃o tenebrarum principio, tamẽ riuulus fratrũ ab eo descendẽs, nititur (ut dictum est) innaturaliter se extollere sup̃ fontem. Fateor, ꝙ indulgẽtiæ Papales, si ita se habeãt ut dicuntur, tunc sapiant manifestam blasphemiã. Dicit̃ em̃ ꝙ Papa prætendit se habere potentiã ad saluandũ singulos uiatores, & quantũcunq; uiantes. Et nedum ad mitigandũ pœnas eorum qui deliquerunt ad suffragandũ eis cum absolutionibus & indulgentijs, ne unq̃ ueniant ad purgatorium, sed ad præcipiendum sanctis angelis, ut anima separata a corpore, indilate ipsam deferant in re

quiem sempiternam, Et per fratres coloratᷣ ista blasphemia per hoc, ꝙ Christus est omnipotẽs, excellens cũctos bonos angelos eius, Sed Papa est plenus uicarius eius in terris, & ideo potest idem, quicquid potest Christus humanitus. Vnde rudes legistæ cum fratribus ut lupi ululant, & contradicentes sibi ipsis dicunt, ꝙ consyderãtes infundabilitatem potentiæ huius dei in terris, non audẽt ponere os in cœlum. Vnde ad declarãdum Papalẽ potẽtiam, pseudofratres in secretis fidei sic procedunt. Supponunt enim primo, ꝙ in cœlis sint infinita sanctorum supererogata merita, & spetialiter meritum domini nostri Iesu Christi, ꝙ sufficeret saluare mundos alios infinitos, & super illum totum thesaurum, Christus Papã constituit. Ad secundum ꝙ sibi libuerit dispẽsandum, ideo infinitum potest de illo distribuere, cum hoc remaneat infinitum. Contra istam rudem blasphemiã inuexi alias

Contra indulgẽtias.

Primo sic. Nec Papa nec dominus Iesus Christus potest dispensare cum aliquo, nec dare indulgentias, nisi ut æternaliter deitas iusto consilio diffiniuit. Sed non docetᷣ, ꝙ Papa uel homo aliquis potest habere colorem iustitiæ taliter fatiendi, igitur non docetur ꝙ Papa talem habeat potestatẽ. Item quæro de illis supererogatis meritis sempiternis, in quo membro ecclesiæ subiectantur, si in Christo & mẽbris suis mirabile uidetur, ꝙ Papa potest a subiectis proprijs illa subtrahere propᷣ multa. Primo, quia accidens non potest esse sine subiecto. Secundo quia nullus eorum illam desyderat præterijt illis hora merendi. Et tertio quia plene iuxta suum meritum pręmiatur. Quomodo ergo Papa põt per rapinam talem imaginatiuã facere deo & illis iniuriã? Item per deducens ad impossibile declaratur, ꝙ si uiator in tempore alicuius Papæ dãnabitur, ipse Papa erit reus dãnationis, ꝑpter hoc ꝙ obmittit ipsum saluare. Habet enim sufficientẽ potentiam ad perfitiendũ saluationem huiusmodi, nec aliquid obest ꝙ non faciat, nisi forte sua desidia, ergo ꝑpter talem desidiam est culpandus. Quis igitur dispensaret cum illo?

nisi

nisi cum fuerit solus deus? Sed cum deus non potest re-
uocare Papale officium, propter pactum absolutum, qđ
cum eo pepigit, uidetur infidelibus, cum stante illo offi
cio, Papa errare non poterit uel damnari, qđ sit anĩo in-
peccabilis sicut Chr̃us. Sed ubi maior blasphemia? ꝙ ex
nuda potestate cæsarea palliata, quæ est legi Chr̃i cõtra-
ria, Antichristus talem habeat potestatẽ, unde uidetur
multis, qđ inter om̃es patiẽtias, quas Christus habet de
iniurijs uiatorum, hæc est una de maximis, qđ permittit
Antichristũ tam diu regnare, & populum tantũ seduce
re. Item uidetur ꝙ illa opinio multipliciter blasphemat
in Christũ, cum extollitur super eius humanitatem atq;
deitatẽ, & sic super om̃e quod dicitur deus, quod decla-
rat Apostolus cõpetere Antichristo. Habet enim pote-
statem cæsaream supra Christum, qui non habuit domi
cilium ubi caput propriũ reclinaret. Et q̃tum ad spiritu
alem potestatem, quæ humanitati Christi attinet, uide-
tur qđ Papa superat Iesum Christum nostrum. Oportu-
it enim Christũ pati durissimã passionem pro saluandis
hominibus, & super hæc oportet credere de dei iusticia,
ꝙ uirtute passionis Christi homines quicquid beatitudi
nis habuerint mereantur. Sed iste refuga dicit, ꝙ licet si
bi quantũcunq; uoluerit uoluptuose cõuersari, & ex nu-
da scriptura unius de scribis suis, possunt in militãte ec-
clesia infinita mirabilia ĩnouari. Quomõ ergo nõ extol
litur sup dominũ Iesum Chr̃m? In cuiꝰ uita nõ legit̃, qđ
Chr̃s tales absolutiões, uel indulgẽtias tales cõcesserat
nec aliquis de suis apostolis, si tamẽ talẽ potestatẽ habe-
rent, est multis ꝓbabile, ꝙ nõ forẽt in illa simpliciter oti
osi, spetialiter cũ Chr̃s damnat seruum pigrũ, non nego-
tiantẽ cum talento sibi credito, & requirit de manu præ
lati animã subiecti, in desid ia sua dãnati. Vt patet Ezec.
iij. Vel igit̃ oportet negare, ꝙ Chr̃s & sui Apostoli talẽ
potentiã habuerũt, uel ꝙ incarcerãdo ipam potentiã, &
non operãdo, cum illa ad utilitatẽ ecclesiæ peccauerũt.

Maxima Chri sti patientia: qđ eousq; tolleraт Antichristi tyrã nidem, et subdi torum iniuriã.

Sed quæ maior insania? Eadem est cōsyderatio, q̄ Papa eadē merita sanctorū applicat uel assignat, ad prodessendū homini quantūcunq; uoluerit. Oportet em̄ Christum plus facere, tam ex parte sui pro cōplemento iusticiæ, q̄ ex parte peccantis, quem oportet Chr̄m mouere, & dare sibi gratiā ad merendū digne, ut taliter sit adiutus. Et eadem est consyderatio de ficticia clauium Antichristi. Nam fundationi eorū nō oportet fidelem insistere, cum patenter non sequitur. Christus concessit Petro imitatori eius præcipuo, talem clauium potestatē, ergo per idem debet concedere Antichristo, in uita & uerbis sibi magis contrario, tantam uel maiorem ecclesiæ potestatem. Christus em̄ dedit Petro, & alijs habentibus legis dei scientiam, potestatē secundū legem illius scientiæ iudicandi, tam ligandi, q̄ soluendi cōformiter ecclesiæ triumphanti. Sed modo hic refuga non uult per superiorem ecclesiam, uel personā aliam regulari, sed tanq̄ Antichristus, statuit nouas leges, & uult sibi pœna grauissimę censuræ, q̄ tota militans ecclesia credat illis, sic q̄ si quid secundū illas diffinierit, stabit ut Euangelium Iesu Christi. In tales infinitas blasphemias inuoluit infatuata ecclesia, & specialiter per caudam illius draconis, hoc est sectas fratrum, quæ ad illusionem istam, & alias seductiones ecclesiæ Luciferinæ deseruiūt. Sed eia milites Christi, abijcite prudēter hæc, atq; ficticias principis tenebrarū, & induimini dominū Iesum Christum, in armis fidelit. cōfidentes, & excutite ab ecclesia tales uersutias Antichristi, docentes populum, q̄ in ipso solo cū lege sua & membris debet cōfidere, & operando illis cōformiter ex suo bono opere saluari, specialiter Antichr̄i uersutias fideliter detestetur.

Secta fratrū est cauda draconū.

CAPVT XXXIII.

Quomodo ordines fratrum sunt introducti.

ALITHIA. Dic frater quomõ isti ordines q̃s innuis tantũ perturbare ecclesiam fuerũt introducti. Videt̃ eñ multis de populo, ꝙ saluant ecclesiã, cum isti specialiter tenẽt Christi pauperiẽ atq; uitam, Papa, Episcopis, & prælatis ceteris notabiliter declinãtibus ab hac uita. Oportet ergo ꝙ quattuor tanti & tales ordines habeant stabile fundamẽtum. PHRON. Punctus quẽ tangis, est in parte historiacus, & cum sit extra legẽ Chri, a multis historiographis, a quibusdã indubie mendaciter est narratus. Mihi autẽ probabile uidetur, ꝙ post solutionẽ Satanæ, quæ facta fuit in secũdo millenario post Chri ascensionẽ, ecclesia a sequela Chri notabilit̃ deuiauit. Et hinc sancti uel deuoti, quibus non defecit prudentia, nitebant̃ resuscitare in se & ipos sequentibus hãc sequelã, & sic Dominicus, Franciscus & cæteri fratres, incœperunt facere aliqua bona de genere, qui per artem diaboli in multis mẽdacijs hypocrite sunt fundati, ut dicitur cõmuniter, ꝙ Dominicus uidens deuiũ canonicorũ regulariũ, qui nimis intenti sunt sæculo, fundando prædicatorũ ordinẽ, a canonicis stolide declinat. Et post illũ Franciscus, qui licet prius fuit gnarus mercator & cupidus, incœpit suum ordinẽ, ex deuotione cæca, deficiente prudẽtia sempiterna. Aliæ autẽ sectæ fratrũ uidentes, ꝙ in istis sectis multũ ponderat̃ antiquitas, antiquitatem supra illos mẽdicaliter simularũt, ut fratres Augustinẽses, cum a magno Augustino se asserunt esse fundatos. Fingũt ꝙ quadringentis annis & amplius uixerunt in uno eremo mũdi incogniti, anteq; fratres prædicatores fuerant introducti. Sed quarta secta Carmelitarũ, intuens illam fictionem, superaddit mendaciter, ꝙ ante incarnationẽ domini sub Helia, in monte Carmeli, in honore beatæ Mariæ uirginis sint fundati. Sed cum ista sunt ficta mendatia, sicut forma & color sui habit⁹, patet ꝙ spissim & one

Dominicus. Franciscus. Augustinenses. Carmelitæ.

rose sequuntur patrem mendacij, & sic quodlibet filum sui habitus portat mendacium. Et hinc præter mendacia uitæ & operis in suis significantijs, quæ sibi instituũt miscuunt tanquã hypocritæ mendacia sui oris. Et istos apostatas uidetur Salomon describere Prouerb. vi. dum sic dicit. Homo apostata uir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omi tempore iurgia seminat, ut alias particulatim exposui. Alij autem uidentes habenas mendacij sic laxatas, fingunt qđ in Caym fuerũt istæ sectæ quattuor inchoatæ, & sic uox fratris sui Abel, ad figurandũ horum fratrum malitiam, de terra clamauit ad dominũ. Et in testimoniũ istorum, quatuor literæ huius nominis Caym, inchoant hos quattuor ordines, secundũ ordinem quo fingunt a fratribus incœpisse, ita q̃ C. Carmelitas figuret. A. Augustinenses, I. Iacobitas, & M. Minores significat, scđm ordinẽ tẽporis, quẽ mẽdaciter sibi fingunt. Sed aggregando suas nequitias uidetur mihi. qđ licet originaliter in Caym incœperant, cum post solutionem Sathanæ, & per eius cautelam sub figura sanctitatis, isti hypocritę sunt excussi, sed quia homo posset in infinitum labi, in istis mendacijs fabulosis, ideo supposita harum sectarũ existentia, multa concernentia statum militantis ecclesiæ sunt notanda. Primo, qđ ordo, uel religio catholica, quam Christus instituit, excellit oẽs istos priuatos ordines, quodã modo infinite. Sicut enim patronus ad patronum, sic ordo ad ordinem. Sed Christus patronus noster in infinitum excędit patronos horum ordinũ, ergo &c. Et hæc ratio, quare sanctus Apostolus, ut patet. i. Corinth. i. & iij. non audebat introducere tales sectas. Vnde licet fratres ferant grauiter, qđ nostra religio sic excedit suam, quia tunc foret rationabiliter destruenda, circũpalpitant circa cõfirmationẽ sui ordinis a Romana curia, & picacias suæ religionis de papa simulant multiformes, probantes ex hoc

In Caym quattuor secte sũt inchoatę.

hoc quod licet a religione sæculari, transire ad religiosos possessionatos, secundum gradus eorum multiplices, & ab hijs ad fratrum ordines. Ex quo sequitur, quod ordines istarum sectarum, sunt infinitę auctoritatis Chistianę, & sic quibuscumque cæteris ordinibus spiritualiter altiores. Et si quis auderet & posset dicere concedendo, quod istę sectæ sunt infinitæ auctoritatis, quia nō sub gradu auctoritatis in termino inclusiue, & hinc sic expetunt a Papa confirmationem sui ordinis, & multotiens innouationem suarū partium, sic, quod si imitās hos ordines, uel dans eis maiorem partem suæ uitæ, debet dici eorum patronus proprius uel fundator, & tunc istæ sectę quatuor mendicantes, debent dici fratres Papales, plusquam fratres Dominici uel Francisci. Cum ut dicitur Dominicus apostotauit a suo ordine, uel tenet pure ex integro regulā Augustini. Franciscus autem dicitur compilasse sermones tāte incongruos, quod fratres sui erubescūt, regulā suam ostēdere. Sed particulatim colligēdo de Papis regulas sui ordinis, tanquam scurræ mantellum suum, ex picatijs uicarijs mendicantes, collegerunt suum ordinem multotiēs innouatum. De duabus autem sectis alijs, uidetur euidentius, quod sæpe mutando suos habitus, processerunt instabiliter, tanquam nauiculę fluctuātes in mari uacui infiniti. Ista ergo fundatio illorum ordinnm, & debilis fundatio fallit opus, non mirum si isti ordines defraudant ecclesiam. Vnde fratres isti uidentes defectum suæ fundationis, dicunt quod non habent nisi religionem uel ordinem Christianum, sed longe perfectius nobis sæcularibus, sicut perfectius obseruant in uita & opere legem Christi. Sed communiter est quæsitum ab eis, quomodo sunt quatuor ordines uel religiones mendicantium distinctæ in spetie, aut quomodo petunt Papam, suos ordines & correctiones eorum taliter confirmare. Et cum nouitas ritus, quem tā singulariter obseruāt, nō sit spetialis ordo uel religio. Querit communiter ab eis, quare ipsum retinent tam

constãter, & in quo proficit fructus eius, uel stabilitur fũdatio spetialiter. Cum secundum fidem scripturæ, nõ licet supra ipsam & religionem, quam Christus instituit, grauitates tales nouas sic infundabiles innouare, & necessitati sunt ordines suos manifeste exprimere, & longe sub ordine Christi postponere, Cum abbas noster Christus, sit patrono eorum dignior, regula nostra euangelica, sit regula sua imperfecta, lõge perfectior, & comitiua sanctorum sub ipsa militans, longe nobilior. Imo si ordinis excellentia ab istis signis capitur, patet ꝙ ordo militaris, sit hoc ordine fratrum longe perfectior atꝗ prior. Quis rogo inueniet in hoc ordine mendicantium tale collegium, quale fuit in Gretia de sancta legione Thebaica: scilicet de Mauritio & suis sotijs, & sic de ducentis militibus, qui merito tempore sanctæ Catharine, sequebant̃ Porphirium, & sic de multis collegijs militum mũdanorum, qui antiquitate, auctoritate & sanctitate excedunt hos ordines mendicantium. Et patet responsio ad argumentum sororis nostre in principio huius capituli fabricata. Falsum enim assumit, licet hypocritæ per suam simulationem, cæcent & decipiant multos homines, ad superfitiem uitæ & non fundationem ordinis attendentes Nec sequuntur Christi pauperiem, ac modũ uiuendi, cũ ille magister optimus, noluit sic habere domicilia sumptuosa, eis propria, nec annonam sic de pauperibus colligere, nec tales fures, nec predones tanꝗ antichristi complices congregare, sed patronus eorum uidetur ipsos inficere, & econtra. Nec est argumẽtum, si ipse statuit eis legem, dans ipsis priuilegiũ, ꝙ sit uerum, cum Beatus Clemens prohibuit populum suum taliter mendicare.

CAPVT XXXIIII.

In quo fratres sunt legi Christi contrarij.

Alithia

ALITHIA. Maior pars uulgi credit, cum fratres sic celebrant, prædicant atq; orant q sūt necessarij sanctę matri ecclesiæ. Ideo dic rogo, in quo sunt contrarij legi Christi, quia tūc indubie sunt hæretici, & a cleticis specialiter lapidandi. PHRONESIS. Constat q sufficietenus faciunt hæc opera, & ꝓpter occultatam in corde malitiam, tam sibi q alijs multum nocent. Non tamen nego, sed suppono, q boni aliqui sunt in eis. Quantum ad celebrationē certum est, q si in radice sunt hæretici, negantes panē esse corpus Chri, sed q accidens eis incognitū, ab ipis idolatrie cōsecrat, tunc manifestū est q fit eorū celebratio in peccatū, lōge euidētius q sacerdotiū Baal, ac idololatrarū gentiū pessimorū. Et qtum ad prædicationē eorum, rei euentus ostendit, quomodo resultat in deteriorationē ecclesiæ, ut si curantes fidem scripturæ, intendūt ritmisationibus, adulationibus, detractionib⁹ atq; mēdacijs, fide scripturæ dimissa, & peccato dure reprobando dimisso. Quis dubitat, quin eorū friuola sermocinatio nocet ecclesiæ? Et quantū ad orationes eorū hypocriticas, est eadem cōsyderatio. Cum secundū Grego. cum is qui ad intercedendū mittit, displicet, procul dubio irati animus ad deterius prouocat. De duodecim autē abusiōibus fratrū pauca recitabo in isto capitulo. Prima est fratrū blasphema hæresis, qua in sacramento altaris stultificant ecclesiam, sic q relicta fide scripturæ, isti quattuor ordines laborant in pluribus q quatuor rimis hæreticis. Et signum euidens est, q a fide deuiant ex hoc, q sunt tantū contrarij sibijpis. Et si templarij destructi fuerant, ꝓpter defectum fidei nobis incognitū, quāto magis isti ordines ꝓpter hæresim tante notam. Mittunt enī ad tartarū magistro suo & patrono diabolo, multas uiuas animas annuatī. Taceo uero q occidunt corpaliter plurimos fratres suos. Et sic pensata tota occupatione eorum est euidens, q in ecclesia sunt uiri

De duodecim abusiōibus fratrum.

Templariorū destructio.

inutiles. Non enim ualet introductio suæ hæresis, ultra qd' ex fide scripturæ antiquitus fuit doctum, nisi ut loquar ironice in hoc, q capiunt occasionem in cõclusionibus suis hæreticis, quas subtilitates nominãt ecclesiam perturbandi. Fingunt em̃, q quotidie corpus Christi integrum in natura sua deuorant, & sub tanta quantitate, quanta est in cœlo inglutiunt ore suo, quia (ut inquiunt) corpus Chr̃i est in natura sua integrum, ad quãlibet accidentis particulã, quam sic sacrant. Nec cessant in isto, sed prædicant, q possunt stare extra mundũ maximũ, & ipsum manentẽ sub tanta quantitate, ut est modo ponere in os suum. Et certus sum, q infernus licet tantũ dilatauerit os suum, quantũ sufficit, non sic potest. Et probatio huius conclusionis est eis facilis, posito q deus debet eis potestatem ad transsubstantiandũ panem sacramentalem in totum mundũ, sicut in corpus Christi nõ sacrauit. Et sic fratres seminantes sua mendacia per patrias, per quas uallunt, ore peruerso gradiunt̃, mentiũtur em̃ non solum de illis quos odiunt, uel qui eis benefaciunt, sed de ipsis & domino Iesu Christo. Et eiusdem euidentia est multis fidelibus, sua mendacia pati humiliter, cũ sic blasphemant in dominũ dominorũ. Si igitur retinens secularis domini, grauiter ferret mendacium, de illo domino publicatũ, quãto magis quilibet fidelis ferret grauiter, publicatam blasphemiam de domino Iesu Chr̃o. Nec dubium quin talis frater, annuat oculis cupidis, & multiplicit̃ uitiosis, multiplicatæ nequitiæ suæ mentis, & pede affectionis, imo animo terit multa uirtutũ semina, quæ crescerent in ecclesia militante. Et solẽnisando argutias de digito loquitur, pompans se habere potestatem subtiliter opandi, super hoc qd' deus unq̃ habuit, ut patet de suis miraculis accidentis. Nec dubium, quin talis apostata sit repletus in mente mẽdacijs, prauo corde machinet̃ malũ ad damnũ ecclesiæ. Et cum nihil potest esse magis occasio iurgiorũ, q̃ seminatio talis mẽdacij, manifestũ

manifestum est, quod continue seminant iurgia in ecclesia, cum sint sic mendacijs tam corpore, quam anima inuoluti. Secundus abusus fratrum, est crimen blasphemiæ, quo imponunt in Christum quod mendicant notabiliter ab homine, sicut fratres mendicant a pauperibus, ipsos mendaciter spoliando. Sed de isto patet superius, cōsyderando, quod si super hoc fundamento fratrum, ordines sunt fundati, tunc manifeste innuunt uelle se esse ex parte diaboli. Tertius abusus est in blasphemia literarum fraternitatis, in quibus innuunt se proximos implicare uelle confœderari tanquam fratres suos, & filias diaboli cum patrono sui ordinis, qui uidetur esse princeps seculi, & seductor pessimus Antichristus. Quartus abusus fratrum est eorum damnāda excellentia supra Christū, tum ubi Christus, qui est magister optimus atque potissimus, solū duodecim habebat Apostolos, ac illos postquam in fide perfecte instruxerat, misit in mundū, Euangelium prædicandū. Isti congregant sibijpsis, furando pueros, milia multa ad conuentū, & predicando uerbum patris signum, quo prius dicitur claustro suo perpetuo sunt affidati. Quintus abusus est, quod fratres mentiuntur se esse Christo simillimos in pauperie, & quorūcunque temporalium possessione, & sic in domibus, redditibus, & quibuscunque temporalibus, quæ ipsis attinent. Sed certum est, quod in hoc cōmittunt in Christum blasphemū mendacium. Christus enim nunquam ædificauit humanitus tale māsum, imo repugnauit statui suæ innocentiæ, quod libros, pecuniam & talia usibilia sibi taliter cumularet. Sextus abusus fratrum est, Symoniaca collectio temporaliū per officium, sic simulatorie prædicandi. Christus enim docuit sic suos discipulos Matth. x. Cum gratis acceperant a deo scientiam euangelisandi, atque potentiam miracula faciendi, quod gratis darent ipsa egentibus, sicut deus & boni angeli dant gratissime sua dona. Et sic istæ sectæ fratrū sūt multipliciter in hæresi symoniaca inuolutæ.

CAPVT XXXV.

De reliquis sex fratrũ abusibus.

ALITHIA. Rogo frater Phronesis, dicas de alijs sex fratrũ abusibus, sicut supius promisisti, quia nõ claret mihi, quomõ reatũ istorum abusuum possunt euadere, nisi forte redeant ad legẽ liberã Iesu Christi, quia regula eorũ, atq; religio, ut mihi uidet, necessitat ad hæc mala. PHRO. Placet mihi, q tam subtiliter concipis radicem maliciæ horum fratrũ, sed procede studendo ulterius, & uidebis cathenationẽ diaboli, quomõ sibi sunt multiplicius ligati. Primus autem sex illorũ abusũ potest dici oneratio, qua contra Chr̃m & suum Apostolũ, sunt fidelibus onerosi, Certũ est, q multa milia fratrũ dispersa in una parua ꝓuincia, sunt illi prouinciæ magis subdole onerosa, quã forent in casu mille raptores, qui illam ꝓuinciã publice prædarẽt. Vt esto q sint in Anglia quattuor milia fratrum talium, q quilibet consumat annuatim in persona sua de bonis regni centũ solidos, totidem in ædificationibus & in reparationibus & adornationibus domorum claustrorũ. Et tunc patet, q illa secta expẽdit de bonis regni, sexaginta milia marcarum annuatim non dubium qnin nedum solicite, sed cum multis mendacijs ꝓpterea perpetratis. Sed quis dominus in Anglia sufficeret tantũ expẽdere, ut fr̃es reptantes in domos uel cameras diuitũ, & lautiora cibaria cõsumentes? Nimis consumunt de bonis regni, qui suæ uescibilia sic furant̃. Cum em̃ expensæ suæ non descendũt eis desuper, nec experti sunt in arte alchimitica, quia sic forent dãnabiles, tante populũ paupem onerando. Manifestũ est, q quicquid tẽporaliũ bonorũ in regno nostro cõsumpserunt, est de regno. Quomõ ergo non forent tam paupes, tenentes dño rum secularĩũ, insufficientes ad parate dandũ eis redditum sicut prius? cum circiter tantũ fratres de illis accipiunt

piunt annuatim. Et reuera totus populus rem murmuraret, etiam si ad magnam releuationẽ uel defensionem regni, etiam ex potentia regia ad tantam pecuniã sit taxatus. Et mirabile uidetur multis, ꝙ tot Antichristi discipuli, tam subdole in regno Angliæ subtrahunt tam subtilit̃ de bonis regni, & cum placẽtia populi tantũ lucrũ, & cum rex pro defensione regni, uix tantam pecuniã in tanto tempe obtineret. Cõsyderet ergo prius populi reuelator, quomõ uulgus ꝙ daret se laboricio est cõplexione debilior, sanitate ĩfirmior, & uita breuior ꝙ̃ solebat, cœlum tristius respicit hæc terrena in perturbando temporalia, in frustrando terræ nascẽtia, & om̃iquaꝗ in tardando hæc uegetabilia. Et sup hæc oĩa populus seruientium est carior, sumptuosior, & falsior ꝙ̃ solebat. Quomodo ergo nõ ad satis magnã pœnam regnorũ foret hoc flagellũ inflictum a deo? licet non sup istud superaddit̃ noua afflictio, per fraudes insensibiles Antichrĩ. Quomodo ergo sequunt̃ Chr̃m, & suos Apostolos in uita & doctrina, parcendo ecclesiæ? cum Chr̃us legitur fecisse miraculose duo cõuiuia, quæ a probabili excesserunt totum prandiũ, ꝙ ipse cum suis discipulis assumpsit de toto populo, præter hæc fragmenta que sumpserant post plenã eius cibationẽ, ut Marcus & Iohãnes in suis Euãgelijs cõtestant̃. Secũdus abusus fratrũ est, ꝙ in cõtractis quas habitãt, cõtemnentes Pauli laboriciũ, de quo dictum est supius, ociant̃. Et hæc uidetur ratio, quare in Anglia sunt tante terræ plus steriles ꝙ̃ solebãt, imo cõsyderando ulterius, cum corpa supcœlestia agant in terram, secundũ dispositionẽ passorum, sic ꝙ tota intemperies ex indebita positione terrestriũ est caussata, uidetur ꝙ fratres ociantes inordinate, globate, & aggregantes terrestria, caussant totam intẽperiem sublunarẽ. Et hinc assignant Philosophi rationẽ, quare in ciuitatibus & locis paludalibus, aer cõmuniter est corruptus. Si em̃ fœtiditas inclusa intus foret, ut olim foret per laboricium

expirata, non plus modo ꝙ prius foren t pestilentiæ, uel intemperies quæ contingunt in aere, ut tangit in parte, sermone secũdo primæ partis, sup primo Lu. xxij. Erũt signa in sole & luna, & stellis. &c. Fratres ergo ociantes in terræ laboritio, & multiplicantes in globo supfluo inordinate terrestria, sunt multæ caussæ aerie distrasię: Et si dicatur ꝙ cõmunitas hominũ, etiam rurales caussant illam intemperiem sicut fratres, concęditur qđ nedum sit, sed inficientes aerem cum ingurgitato stomacho, & sudoribus euaporatis indebite inficiunt aerem cõmuniter, & inferunt suis confratribus nocumenta. Sectæ tamen fratrum cõmuniter præcipue, cum debent manere in eremis, ut baptista, & nullo modo conglobari in conuentu indebito, sed plus attente dare se laboritio ad profectum ecclesiæ, sicut Paulus. Tertius abusus fratrum est, qđ postponentes legem & ordinationẽ Christi, cum sua sententia adinuẽtiones fratrum friuolas anteponũt. Et istud est magnũ facinus ad damnũ ecclesiæ, cum blasphemant innuitiue, præponderantes sensui Christi suas dementias, quas diabolus adinuenit. Cum enim fratres sint finite actiuitatis & obseruantiæ, sicut & erant Apostoli, patet ꝙ in cõplendo pure legem & ordinationem Christi, forent longe melius occupati. Ista ergo est inexcusabilis fratrum culpa, ꝙ dimittendo ordinationẽ Euangelicã tam blaspheme præponderant suam stulticiam adinuentã. Ac si dedignarent, uel erubescerent se qui Chr̃m patronũ, sed unum alium mendacem & grandem peccatorẽ sibi statuunt, regulas Christi ordinis deserendo. Sed Chr̃us dicit, qui erubuerit me & sermones meos, hunc filius hominis erubescet coram angelis dei.

Quartus abusus fratrũ est iste, ꝙ deserẽtes executionẽ legis Euangelicę de correptione fraterna, infideliter fauent diabolo atꝙ mundo, ubi em̃ Chr̃s dicit. Qui diligit patrem, aut matrẽ, fratrẽ aut sororẽ, etiam animã suam plus ꝙ me, non est me dignus. Fratres autẽ propter amo

rem

rem sui, corrupti ordinis uel personæ, non audēt fratres suos quantumcūq; manifeste deliquerint euangelice corripere, uel per cepta obstināti a (ut dicit Christus Matth xviij) tanq; publicanum deserere. Sed statuūt sibi pro regula expresse, q; est cōtra euangeliū, pro comitiua sua diabolica cōseruanda, q; obmittant sic fratres suos corripere, uel dicendo ecclesiæ castigare, sed sæpe in tetro carcere, contra legem Christi, includere & ad onus ecclesię irę malicia, uel defamatio sua aperiat, abscondite cōtra charitatem occidere. Et cum idem sit diligere personam uel consuetudinē, uel legem, quā ipse approbat, manifeste patet, q; fratres legē & cōsuetudinē domini postponētes & prępōderātes suā mēdicā cōsuetudinē & le,psam, & Christū postponūt istis miseris personis in amore, Sed ubi rogo tunc est in fratribus regula charitatis? Quintus abusus fratrum est, qd' omnino subuertentes ordinē charitatis, plus amant honores & lucra mundana, quam ipsos homines, Zelantes per hæc media ad honores mundanos, & implicantes se cum hoc sæculo, contra legem Christi. ij. Timo. ij. Nemo militans deo, implicat se negotijs sæcularibus. Quod si fratres hæc faciunt iudicent cū mundo de suis operibus uero iuditio. Si enim propter honores uel lucra mundana adulantur hominibus, parcentes ueritati catholicæ, non dicendo illis sine simulatione ueritatem euangelicam, tam in prosperis q; in aduersis, quis dubitat quin latenter & abscondite descendāt in lacum inferni, propter exaltationem in sæculo? Euangelium enim docet tales magistratus uel pposituras nō appetere, uel hominem se negocijs sæcularibus implicare, qd' si fratres faciunt omnino oppositum, non percipiētes aliquem tractatum sæcularis negocij, cum quo cum aliquē uelatione suæ apostasiæ, non possunt colorate intromittere quin subdole se ingerāt magis legistis, quis dubitat quin diabol' laboret in illis, mūdū in suis ꝯsutiis diabolicis inuoluēdo. Sext' abus' fratrū pessim' stat in simulati

one cõfeſſionum, quibus per infinitos meãdros blaſphemiæ ſimulant, ꝙ confeſſos ſuos purgent, & omnino faciãt mundos a macula, quo ad deum, ex præſumpta antichriſti potentia, lege & ſatiſfactione domini prætermiſſis. Et cum illa cautela zelantes pro lucro magiſtri ſui diaboli, trahunt nimis multas animas ad infernũ. Si enim cõuerſatio iuſtorum propter legis & uitæ rectitudinem ſit in cœlis, per locum a ſuffitienti contrario, eſt horum fratrum conuerſatio in inferno. Ideo conſtantius dicitur ꝙ trahunt ad tartara, ꝗ ꝙ mittunt. Et quod peſſimũ eſt ſuper omnia iſta duodecim, ſeducunt capitaliter populũ in bonis ſpiritualibus, qui temere eis credunt.

CAPVT XXXVI.

Quomodo fratres ſeducunt regna que incolunt.

ALITHIA. Conſydero ꝙ nõ aſpere, ſed ſatis detexiſti uerſutias pſeudofratrum. Sed dic quæſo particularius, quomodo ſeducunt regna quæ incolunt. Videtur enim mihi, ꝙ cum non habent a rege ſuo licentiam ad mortificandum loca que habitant, nec recognoſcunt regem ſuper ſuis temporalibus eſſe dominum capitalem, ꝙ alium dominum habeãt antichriſtum. PHRO. Videtur mihi ꝙ obmittendo medullã rei & bonum animę, infideliter moueris circa peripſema temporale. Certum tamen eſt mihi, ꝙ hæ ſectæ fratrum, in fraudem & præiuditium regnorum, ac ſi omnia illa uellent deſtruere, machinantur. Idem enim foret fratres non petita uel obtenta regum licentia, antichriſtum ſtatuere dominum omnium bonorum que poſſident, tam quorumcũꝗ mobilium ꝗ domorum, & inducere ut ſit rex regnorum que incolunt. Quia ſi antichriſtus nequior (ut Robertus Gilbonenſis) habeat plures fratres ſub ſuo ducatu, ꝗ alius Papa bonus. Quid impedit, niſi gratia dei tum regni potentia, quin inuadat regnum

num Angliæ tanq̄ suum? Dicitur enim, q̄ habet in Anglia satis ampla habitacula & thesaurū, & ut fratres de sua secta fingunt, foret omino contrariū rationi, impedire dominiū, ne rapiat usum sui dominij super bonis, que habet a fratribus occupatis. Et ille meatus callide introductus præparet ad totum regni residuum perquirendum. Debet ergo fidelis consulere regi nostro, ut prudēter obstaret his falsis principijs, & ars diaboli est eo patentior, quo fratres noscunt contra scripturę logicā sic mentiri. Fabulant̄ eñ ad simulandū suam sanctimoniā, q̄ nihil possunt in ꝓprio uel cōmuni, qđ non posset efficaciter excusari, nisi dixerint se esse hæreticos & mēbra diaboli, quia certū est, q̄ sicut habēt esse naturale et bona naturæ, sic habēt multa bona fortunæ, supposito q̄ eis insistat gratia hoc permittēs. Ideo si uere nihil habuerint, sed tam copiose bonis alienis abusi fuerint, tūc certū est q̄ membra sunt diaboli, ex titulo habendi aliqd ex Chr̄i gratia alieni. Qđ si fingunt, q̄ nihil habent ciuiliter, sed solum euangelice in ꝓprio uel cōmuni, tunc certū est cæteris cum paribus, q̄ implicant Papam Petri Vicarium dominari ciuiliter, & sic Chr̄um. Et cum eis licet (ut inquiunt) dominari, quomōcunq̄ Chr̄us fuerat humanitus dn̄atus, licet eis ciuiliter dominari. At qđ ergo imponunt Petri Vicario, & sic Petro tale dominiū, cū nec Petrus, nec Chr̄us potuit in statu tali taliter dominari? Nunquid credimus, q̄ hij fratres excellunt Chr̄m, ut antichristū præficiant sup regnis, & eum cōstituant dominum dominorū? Si igitur hij fratres ṽbotenus excludāt a se istud dominiū, & imponant ipsum patri suo, quē dicunt esse Chr̄o proximū, uel oportet eos blasphemare in Chr̄m, uel asserere, q̄ patri suo imponunt spirituale̅ maculam & uenenū. Sed præter istam antiquā toxicam & ex stulticia prætermissam, uidetur q̄ fratres generalit̄ pro anno domini Millesimoseptuagesimosecundo recēter & particulariter in suo concilio terræmotus Londo- De Cōcilio Angliæ celebrato Lōdonijs, cum terremotu.

nijs, intoxicauerant regnum nostrum. Dicitur enim ex gestis credibilibus, & fratres sustinent ac defendunt, quod fratres subtiliores, & maiores horum ordinum, ex communi suo concilio, sic traxerūt multos Episcopos ad tractatum, quod implicarunt dominū Iesum Christum, & multos sanctos eius, præcipue iam beatos obijsse hæreticos. Et in maiorem blasphemiā non potuerunt isti hæretici corruisse. Olim enim Episcopi nostri dicuntur pseudofratres, tanquam diabolos odiuisse, cum in tempore domini Armacani, dicuntur ipsum in sumptibus, contra hos pseudo ordines defendisse. Sed modo facti sūt amici Herodes & Pilatus, qui prius intra se fuerant inimici. Duo tamē prognostico in hac parte. Primū, cum ista cōfoederatio non sit fundata in lege domini nostri Iesu Christi, quod non stabit, sed cessabit ad damnū utriusque partis, siue alterius, cum non sit bona societas Christiani ad Belial. Secundū quod ego prognostico est istud, uel quod oportet nostros Episcopos & regni proceres, opiniones istorum pseudofratrum deserere in hac parte, uel quod cū illis sint in hæresi inuoluti. Nam in primo articulo diffinierunt hij fratres, ut repugnans hæresi, quod nulla substantia panis materialis uel uini, manet post cōsecrationem in sacramento altaris, Oppositū (inquiunt) huius est hæresis manifesta, sicut est hæresis, quod accidētia non manēt sine subiecto post cōsecrationem in eodem sacramento. Quāuis autem pepigi extra scholam non usurū istis terminis, substantia panis materialis aut uini, tamen fides necessitat concedere conuertibile propositioni terminorum istorum. Nam ut dicit beatus Hieronymus, Panem quem coepit Christus in manibus atque fregit, est corpus domini saluatoris. Sed rogo quis panis fuit ille? Nunquid substantia panis materialis, uel alia res ignota? Cum ergo Christus dixit hunc panem esse corpus suum, & fratres isti negant idem tanquam summe hæreticum, patet quod quantū in illis est, damnant Christum tanquam summe hæreticum

Prophetia wiclefi.

reticũm. Et cum oportet de lege damnationis talis, alteram partem esse hæreticam, patet cum Christus non posset esse hæreticus, sed secta ista fratrũ sit omino hæretica, expressis sermonibus, uel consensu. Item substantia corporis Christi manet post cõsecrationem in sacramento altaris, ut oportet fratres credere, & ubicũq; est substantia corporis Christi, est generalissimũ genus substantiæ, ergo ipsum manet post consecratione in sacramento altaris. Et cum ipsum sit substantia ac quidditas cuiuslibet specialis substantiæ, sequitur quod ipsum sit substantia cuiuscunq; panis aut uini materialis, & patet stulticia huius dãnationis. Non enim repugnat huic sacramento, ꝙ mica materialis panis uel guttula uini imbibatur in poris huius uenerabilis sacramẽti. Item ut sæpe tactum est, si ex diffinitione istorum blasphemarũ, in hoc sacramẽto sit accidens sine subiecto, oportet concedere illos, ꝙ illud accidens sit ipsummet sacramentũ, & cum nullum accidens potest esse corpus domini, relinquitur ipsis concedendũ, ꝙ ipsum sacramentũ non potest esse corpus dominicũ. Et cum Christus dicit, Hoc est corpus meum, & demonstrat panem, ut supra ostenditur, relinquitur, ꝙ isti hæretici tam expresse Christo contrarij sunt blasphemi. Et hinc multi fideles pie reputant, ꝙ sicut in alia damnatione Christi, per sacerdotes legis ueteris, quæ fuit minus roproba, sic in ista damnatione ad ostendendũ defectum attestatiõis humanæ fuit insolite terræmotus. Quando em̃ mẽbra Christi deficiunt ad reclamandũ contra tales hæreticos idiotas terra clamat. Ideo consulere nostris Episcopis & omino secularibus, expellere tales hæreticos idiotas, cũ diaboli isti uellent seducere per suam hæresim alios fide stantes.

CAPVT XXXVII.

De fratrum fraude atq; malicia.

ALITHIA. Satis em̃ dixisti de illa materia, ideo uellem, qđ procederes ulterius, materiã aliam tractaturus. PHRO. Cuncti fideles debẽt instare, tam uerbo q̃ opere, pro declaratione istius materiæ; & cõstantes catholici uiri usq; ad mortem ipam destruere, cõsyderando iuxta antiquã sententiã, qđ sunt tres leges in illa materia attendendę, scilicet lex Chr̃i & suorũ membrorũ, lex mũdi & hominum mundanorũ, lex diaboli & suorũ filiorũ, Lex & cõsuetudo primi principij, est bonũ pro malo reddere. Lex & consuetudo secundi principij, est reddere bonum pro bono, & malũ pro malo. Sed lex tertij principij, legi dei contraria, est reddere regulariter malum pro bono. Vnde isti filij Belial, sic instruendo Episcopos ac fideles alios, pro beneficio eis dato, ostẽdunt patenter se esse diabolos. Vnde melius fuisset illis, anteq̃ in tales hæreses idiotice decidissent, studuisse, quid sit illud sacramentũ, & quid sit propositionis sacramẽtalis ꝓnomine demõstratum. Sed pater eorum in hoc ligauit suas noticias. Cum ergo in hoc concilio terræmotus dãnarunt Chr̃m tanq̃ hæreticũ, & doctores ecclesiæ præcipuos, & per mille annos ac amplius ab ecclesia approbatos, manifestũ uidet̃ q̄ innuunt se hæreticare singulos Chr̃ianos. Sed secũdo specialiter laborãt in eodem cõcilio, ad damnandũ regẽ Anglię proceres eius ac regnũ tanq̃ hæreticos, & per cõsequens ad exhæredandũ om̃es hos dominos. Ac Robertum Gilbonẽsem cum globo hæreticorũ fratrum, de suo concilio in Angliam inducendũ. Assumunt autẽ istud subdole pro medio ad hunc finem, q̄ error nimis periculosus est dicere, q̄ domini tẽporales possunt ad arbitriũ eorum auferre bona temporalia ab ecclesia delinquẽte, & qđ populares possunt ad eorum arbitriũ dominos delinquẽtes

linquẽtes corrigere. Quãuis autẽ ista secunda particula sit iners picatia a fratribus adinuenta, tamẽ fratres laborant assidue ad fundandũ illã sophistice. Deus inquã, potest p̃cipere populo sic facere, nec est dei potentia sic exhausta, quin posset mouere populũ ad talit̃ faciendũ, ergo populares possunt sic facere. Similiter personæ illæ, quæ iam sunt populares, possunt ex euentibus bellicis et infinitis alijs casibus esse fortissimi conquestores. Sicut econtra domini tẽporales possunt esse miserrimi mendicantes, quomodo ergo negandũ est, q̃ populares possunt corrigere dominos delinquẽtes? Similiter cum populares sint creaturę dei sicut & fratres, & habẽt cõmuniter ṽba exhortationis plus efficacia, quare nõ possunt ipsi, coopante dei gratia, corripe & corrigere dominos tẽporales? Nunquid fratres uelint tantam indurationẽ in dominis ipis ponere? q̃ sicut ipsi impediunt̃ a patre suo dominos illos corrigere, quin potius ad deterius agitare, sic necessitent̃ cuncti populares, cõmunicare uenenũ diaboli ipsis dominis sicut fratres. Vnde alias dixi, quo ad primã partem sentẽtiæ, q̃ domini tempales habent potestatem a deo cõcessam, ut patet ad Romañ. xiij. ad uiros ecclesiasticos castigandũ. Mirabile quidẽ foret, q̃ domini tempales habeant potestatẽ ad ecclesiasticorũ uitã in Chr̃i pauperie subuertendũ, & non habent potestatẽ ad stulticiã, in qua contra deum deliquerant corrigendũ. Fr̃es em̃ in hoc uident̃ simulare sibi illos sæculares dominos, qđ sicut illi diaboli indurati, licet autem sæculares domini ad tẽpus ab istis pseudofratribus sint seducti sic q̃ quilibet illorũ, uel multi cum suis uxoribus, habeat unum Ischarioth pseudofratrem, cum ex dei gr̃a potest esse, qđ cognoscant diabolorũ illorum uersutias, eorum fraudes subdolas deserentes. Supposita autem ueritate primæ partis conclusionis damnatæ per fratres, & relicta illis solutione rationis triplicis, quam ueritati priori fatue cumularunt. Videamus ulterius, quomodo

Dñi tẽporales habent p̃tãtem a deo concessam ad viros ecclesiasticos castigandum.

diffiniunt, qđ iste error est nimis periculosus. Inpertinē ter autem uident super tota copulatiua taliter diffiniri, nisi super utraq; parte senserint esse errorem atq; periculum, & per consequens nisi utramq; partē senserint esse falsum. Et cum domini tempales se exercitant cōmuniter in prima parte, ad salutem suæ animæ, ut supponunt fratres imponentes errorem in isto labore, implicant dominos in hoc cōmuniter malefacere, qa in periculū suæ animæ, & damnū reipub. ob errorem, & cum ad regulā regis hoc attinet. Patet q fratres imponūt regi & omib9 suis consentaneis hunc errorem, & cum omis ueritas sit in scriptura sacra, patet q error iste, quem falsitatē asserunt, sit contrarius saltem implicite alicui parti scripturæ sacræ, & cum sit tam pertinaciter defensatus, patet q fratres debent asserere errorē istum esse hæreticū, & sic regem & suos proceres ipsum taliter defendētes. Et ita ebullit fratrū stulticia, quā ascribūt sibi pro magna prudentia, q in materia fidei aliquā falsitatē uocant errorē & aliquā hæresim, cum tamē utrobiq; pertinax defensio sit æqualis. Sciāt (inquā) isti stulti Antichri discipuli, q omis error periculosus in materia fidei, est hæresis manifesta. Sciant secūdo, q non possunt primam partem, quæ ad regaliam regis pertinet dissoluere, & per consequens nec damnare, imo si principia sua bene studuerūt non negarent, quin sinere possunt corrigere dominos tēporales. Sed supponitur fratres in correctione dominorum putantes iacere periculū, quia illa supposita forent libertati de fōte diaboli, & a fraternitate qua fratres confœderant cum filijs Belial separati. De hoc autē tanquā periculo timent fratres. Et patet quomodo regaliam regis & totum regnum, sæculare dominiū fratres subdole nitunt destruere, & cū illo percepto a regis clericis emanaret rex, & eius proceres forent ad ablationem temporalium, quæ occupant per clericos amplius animati, patet, q subdole procurāt pro utroq; brachio ecclesiæ Anglicanæ

glicane. Vnde in illis que sapiunt eis ad lucrum, licet in hæresim manifestam sonuerint laborant assidue. Sed ex dei gratia consilium Achitofel dissipatur, nam tanq̃ mẽbra diaboli illud qđ sibi reputarunt proficere ad sui damnum tam in corpore q̃ in anima conuerterunt, cum undiq̃ ex sui malitia fraus eorum diabolica amplius est percepta. Et spetialiter in hoc, q̃ tam Londonię q̃ Lincolię laborarunt assidue, ad sacerdotes fideles & pauperes extinguendum, & propter hoc spetialiter, q̃ eorum uersutias charitatiue in populo detexunt. Et ut credo ante plenam peccati huius uidictam, deus super isto scelere non quiescet. Dicunt enim q̃ Christum sequunt̃, in uita præcipue. Sed quomodo potest Christus, qui dilexit & orauit pro suis inimicis, fideles illos niti extinguere, ꝑpter hoc q̃ laborant charitatiue proficere mẽbris suis? In hoc ergo fratres manifeste ostendunt, cuius sunt filij, & quomodo in reddendo malum pro bono, nituntur complere monita patris sui. Reuera inter omnia peccata, que unq̃ consyderaui de fratribus, hoc mihi uidetur esse sceleratissimum, propter multa. Emanauit enim integre ex unicordi consensu, & consilio fratrum. Hoc enim ideo quilibet seorsum rapiat uxorem alterius, & sic de alijs peccatis, que committunt publice uel priuate, uidetur esse peccatum modicum quo ad illud.

CAPVT XXXVIII.

Si domini tẽporales possunt & debẽt populares iuuare & defẽdere contra fratres

ALITHIA. Videtur mihi quod satis plane detexisti fratrum malitias. Sed dic rogo, si domini tẽporales possunt aut debẽt infimã partẽ ecclesię cuius (sunt tenẽtes sui & alij populares) iuuare ac defendere contra fratres, quia certum mihi uidetur, q̃ fratres sunt hæretici, & defe-

runt saltem ex consuetudine suorum ordinum contradi ctionem, qua militant contra Christum, Nec uidetur mi hi, q̃modo patentius possent hæreticare Christum, & sin gulos Christianos, quam damnando istun articulũ tan quam hæresim, in suo consilio. Scilicet quod spetiales orati ones applicatæ uni personę p prælatos uel religosos, non plus prosunt eidem personę, quam generales orationes eidẽ personę cæteris paribus. Nã ex fide & auctoritate Chri sti credimus, quod oratio dominica, de qua Matth vi. est lon ge melior, quam aliqua oratio spetialis. Et sic credimus consequẽter, quod oratio illa deuote effusa pro populo, plus prodest eidem, quam aliqua oratio quam fratres uel præ lati sciunt dicere aut unquam postmodum inuenerũt. Et nũ quid applicatio facta per Christum est melior quam blasphe ma applicatio, quam fratres fingũt se illis personis (quæ uolunt sibi dare pecuniam) applicare? Et cũ beati, sicut ex letania supponimus, orant pro ecclesia militante, ui detur quod istorum beatorum oratio, sit longe melior nobis quam oratio istorum fratrum, uel oratio prælatorum. Et cũ isti beati instar Christi plus amãt populum quam personam priuatam, nec propter talia stercora possunt flecti, satis apparet mihi, quod generalis eorũ oratio, plus prosit ecclesi æ militanti, quam fratrum oratio spetialis. Non enim pręsu mẽt fratres se extollere supra sanctos. In ista ergo infide litate uidetur mihi, quod fratres damnauerunt quantum in eis est Christum, & omnes ciues cœlestes, & per conse quens totam militantem ecclesiam, quæ plus appretia tur orationem dominicam, quam illas spetiales orationes & friuolas a fratribus adinuentas. PHRO. Placet mihi so ror, quod detexisti istam heresim manifestam, fratrũ com missa consyderãs tam acute. Nec dubito quin ista deter minatio sapiat heresim manifestam, & claret ratio qua re hæc heresis taliter pullulauit. Fratres enim per orati ones huiusmodi illudunt populo quo ad deũ, & false spo liant populum quo ad mundum. Et hinc orationes illas

tante

eante magnificāt, ut sentētia sua habeat maius robur, & minus ex affectione ꝓprietaria sic suspecta, copularunt fratres sibi cōmuniter religiosos & Episcopos cōiunxerunt, Sed Chri & sanctorū in patria, isti fratres subdole sunt obliti. Sed ulterius attendendo ad questionem quā quæris, non dubito quin dñi tempales tenenť iuuare infimam partem ecclesiæ, contra hos pseudofratres, sicut tenenť seipos iuuare cōtra possessionatos clericos ut prædixi, Deus em̄ non potuit accipere a suo subdito, uel conferre nisi gratiose sibi retribuat maius bonum. Quomodo ergo licet prælatis uel dominis accipere quicꝗ de suis subiectis, nisi æquiualente adiutorio recōpensent? Debent em̄ ꝗtum sufficiunt sequi Chrm. Vnde prælati falsi & omes vicarij Antichri uendicant diabolice se esse liberiores quo ad subditos, ꝗ est Chrs. Nec uideo quomō aliquis posset esse tyrānus seculi, nisi in subtractione uel obmissione huius adiutorij tyranniset. Chrus em̄ nō potest adiutoriū & defensionē a suis subtrahere. Quomodo ergo sequunť hunc deum, qui subtrahunt defensionē & adiutoriū suum tenentiū, contra præcipuū eorum inimicum? Nec dubito, quin iusta defensio eorum cęderet dominis tempalibus ad prosperitatē mundanā, ac suū meritū, & ad gloriā sempiternā. Si autē domini tempales tenenť suos tenētes defendere contra fures, latrones & raptores, imo contra hostes publicos, regnum qđ incolunt inuadentes, multo magis contra pseudofratres, cum sint in omibus istis iniurijs præcellentes. Et eo specialiter quo fratres directius impetūt contra Chrm. Et quo facilius posset per tempales domīos mitigari. Nam non oportet, sicut nō cōsulo, pugnent cum fratribus eos occidendo. Sed ad hoc sane consulo, ꝙ homīes non foueant eos in suis tempalibus, sub mēdaci colore eleemosynæ, quia sic dānificarēt indubie se & illos. Vnde recolerent domini quomō pctm̄ eorum ꝓprium, est ipsis domini nis nimis graue, licet non faciant se participes cum hy

Sanū et Christianū cōsilium Vuiclephi.

pocritis istis in crimine, cum ex fide Euãgelij sit nimis periculosum, sic ponere portionem cum istis hypocritis. Et si dicatur, ꝙ tempales domini debent illis credere tanquã sanctioribus militantis ecclesiæ, dico cum Apostolo, ꝙ non credant nimis faciliter omi spiritui. Sed debēt examinare eos si ex deo sunt, qđ est sæculari satis facile, cum faciliter possit a fratre q̃rere ex testimonio tocius sectæ suæ, cum sigillo suo cõmuni, qd sit hostia cõsecrata, in quo cũ frater necessitat̃ mentiri, Patet ꝙ sæcularis dominus conuincens fratris mendacium in materia fidei, debet omino ipsum repellere ut suspectum. Nam in suo generali concilio decreuerũt, sicut & doctores sui, a tempore quo Christianismũ subintroierũt, ꝙ ista hostia cõsecrata sit accidẽs sine substrata sibi substantia sine nihil, ꝙ si istud cõsecrant, dicunt domino suam hęresim manifeste, cũ non solũ debẽt dicere cõsequenter, ꝙ ista hostia non possit esse panis, uel corpus Christi. Sed ut certe scio omes frẽs mundi, nõ possunt docere aliquẽ, nec seipsos, quid sit illud accidens sine subiecto, qđ sic cõsecrant & adorant. Cõsyderent ergo hij domini illud psal ubi spũs sanctus diffinit per sanctũ Dauid, ꝙ hij habitabũt tanꝙ mẽbra in tabernaculo ecclesiæ militantis, & requiescẽt postmodũ in ecclesia triũphantis, in monte ecclesiæ triũphantis. In quibus cõditiones istæ per ordinẽ sunt cõpletæ. Primo ꝙ ingrediant̃ sine macula in statu debite militandi, a quo puncto frẽs, & cuncti symoniaci patẽter deficiunt. Secũdo, ꝙ uiator postꝙ statũ illũ intrauerit assidue operetur iusticiam, & inter alias iusticias hominẽ iuuare proximũ suum spirituali iuuamine, est una præcipua, cum sit singulare opus misericordiæ, ad qđ oẽs homines obligant̃. Tertio ꝙ sit in se uerax non nude in uerbis, sed aĩo cuius est uiator, qui loquit̃ ueritatem in corde suo. Et quarto, qđ non lingua sub sensibili colloquio sit dolosus. Quinto, ꝙ non iniuriet̃ proximo uel corporale subsidium uel spirituale (quod magis est debitum) subtrahẽ

Impossibile est docere quid sit accidẽs sine subiecto.

ſubtrahendo. Sexto, ꝙ non acceptet, & non credat obprobrioſa uerba dicta de aliis, cuiuſmodi potiſſime ſunt crimina, ibi illi non accipiunt obprobriū aduerſus proximos ſuos, quales ſunt qui non fouent cōmuniter detrahentes, & cum fratres mēdaces ſunt cōmuniter iſto crimine irretiti, om̄es fideles debent cauere, ne in crimine iſto ſunt illis participes. Sed ſeptimo ſcit ſæcularis dominus & quilibet fidelis, quantū ſufficit ꝙ malignū quēcunq; in cōuentu ſuo deducat ad nihilum, cum faciendo talibus facit proditorie contra deum. Sed octauo extollat & glorificet quantū ſufficit fratrem ſuum, qui operatur iuſte inſtantius, & perſeueranter, ac filialiter timet deum. Nec dicant alii fratres, ꝙ nos in ſic loquēdo cōtra has ſectas a charitate excidimus, quia certus ꝙ Chriſtus dominus non potuit in charitate deficere. Et cum ipſe Chriſtus, ut patet Matth. xxiii. ſectam phariſaicam acutiſſime reprobauit, cum uæ octoplex non ſolū imprecatus eſt illis, uel prophetauit, ſed in illis effectualiter adimpleuit. Chriſtus enim ad magnificandū ſectam ſuam quam ordinauit per ſe ſufficere, om̄es tales ſectas religionis priuatæ, ut phariſæos, Saducæos, & Eſſæos, omnes ordinauit deſtruere. Vnde Chriſtus in ſuo Apoſtolo ad Titum primo, docet ſic noſipſos diligere, Sunt (inquit) multi inobedientes, uaniloqui, & ſeductores, maxime qui ex circūciſione ſunt, quos oportet redargui, qui uniuerſos domos ſubuertūt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gr̄a. Et ſequit̄, quā ob cauſſam increpa illos dure, ut ſani ſunt fide. Nec dubiū, quin religioſi nr̄i priuati tam infidelit̄ app̄tiantes ſigna ſua adultera, quā fructū fidei, qui in lege Euāgelica edocet̄. Nec dubiū, quin illi regularit̄ ſint uaniloqui ſimplicē populū ſeducendo. Tales aūt deſpōſant̄ cum ſignis ſuis tanq̄ infideles tempē legis gratiæ, qui deſpōſati fuerūt cum circūciſione. Nec dubiū quin hii fratres nimis coīter, tam domos corp̄ales temporaliū dominorū, q̄ domos ſpirituales ſubuertunt

docētes apocrypha atq; ludicra ꝓpter quæstum. Ideo cū oportet ipsos redargui, debet secundū formam Apostolicam ipsos arguere dure. Et cum tantū in fide fluctuant debemus intēdere, q̄ ex nostra reprobatiōe stabiles sint in fide. A quibus enim si ignaue desistimus charitatem Chr̄i ecclesiæ suæ, imo sectarum istarū dimittimus. Et sicut uidetur mihi damnabile & quo ad regulam Christi proditio manifesta.

CAPVT XXXIX.

De statu hominis quē consequit̄ post hanc uitam.

ALITHIA. Bone frater, posses in ista materia cōtendere nimis diu, idcirco rogo ut aliq̄d dicas de statu hominis, quem accipiet post hāc uitam, & sic de statu beatitudinis, & statu perpetuę damnationis, uellem q̄ aliquid declarares. Quis em̄ ille finis sit ultimus in executiōe, debet tamē esse præcipuus, & primus in intētione, cum ad finem illum debemus totam uitam & laborem prudentius applicare. PHRO. Consydero q̄d cunctæ creaturę dei prosunt, acceptę in suis ordinibus. Et sic quilibet tractatus noster uidet̄ mihi debere nobis proficere ad commodū & consolationē: Sed tractatus specialit̄ de hijs sectis, cum certi sumus, q̄ plus instant pro defensione illorum ordinū priuatorū, quā instant pro obseruātia legis dei, sed quæ maior insania, q̄ ad traditiones friuolas tantum attendere, & legem dei tam p̄ciosam dimittere? Et quid scimus nos, si personæ illarū sectarum, quas placet deo ex sua gratia illustrare, dimittant has sectas friuolas & traditiōes hominū? sicut Paulus ex Chr̄i gratia dimisit ceremonias ueteris legis, et traditiones legales, intētus pure, & specialiter legi Chr̄i, Multomagis fr̄es possunt per dei gr̄am illustrari. Vnde quidam moralisantes hoc uerbum Christi Luc. xxi. Erunt signa in sole & luna,

na, & stellis, intelligũt per illa signa perturbatiões, quæ fiunt in populo laicali, de Papa principaliter perturbantẽ ecclesiã, licet debet esse sol mouens & illuminans atq; uiuificans totam ecclesiam militantem. Per lunam autem capientem uirtutem suam a sole, intelligunt tres ordines possessionatos, ut Canonicos & Monachos hospitalarios, qui uiant & illuminant instabiliter tanq; luna. Per stellas uero intelligunt sectas & personas de ordinibus mendicantiũ. Illi eñ tanq; stella comata, fixa in aere caliginoso, significant certius mortes spirituales ecclesiæ militãtis. Sed experimẽto didici, q; tractatus de istis ordinibus dolorem ingerit, tam subiectiuũ, q; etiam obiectiuũ. Et ideo placet ut monebas tractatui isti ualefacere, & de statu beatitudĩs pertractare. Sed primo oĩm uidetur mihi supponendũ catholicis, q; oĩs homo resurget in corpore anima reunita cum ipso perpetuo permãsura. Hoc autem docet fides Apostoli. i. Corinth. xv. declarans pulchre ex resurrectione Chr̃i, qui est frater noster, homo nobiscum uniuoce, q; oẽs & singuli resurgemus. Tradidi (inquit) uobis quod accepi, quoniã Iesus mortuus est pro pctĩs nostris scd'm scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundũ scripturas, & quia uisus Cephe, & post hoc undecim, deinde uisus est plus q; quingentis fratribus, ex quibus multi manent usq; adhuc, quidã autẽ dormierũt. Deinde uisus est Iacobo, deinde Apostolis oĩbus, nouissime aũt omniũ tanq; abortiuo uisus est mihi. Si autẽ secundũ iura legis dei, & legis hominũ, in ore duorũ uel trium testium stat oẽ uerbũ, quomõ testimonio est probandũ, quanto magis uerbũ de resurrectiõe Chr̃i, qđ ex sua notoria debet latere sensus hoĩm ex tam efficaci testimonio est probatum. Sex eñ prædicta testimonia sanctorũ tam recte uiuentiũ sufficiũt ad dictũ fidei articulũ atte stãdũ. Et hĩc Apostolus cõmemorat illos articulos, qui ex fide scripturæ & nõ experimẽtali sensatione ꝓbari debent, q; sic

De resurrectiõe.

cõtingit scd'm scripturas, ut uel sic discam⁹ expertā per lucem sensibilē ueritate serpente sequēti credamus per fidē scripturæ, ꝙ ueritas sensibus nr̄is abscondita est & certa. Cum em̄ nō debemus expiri resurrectionē Chr̄i, nec mortē eius pro pc̄tis nr̄is, signant annectit Apostolus ad hæc duo, ꝙ si euenit scd'm testimoniū scripturaꝝ. Vnde secūdo Apostolus per multiplex deducēs ad impossibile, ꝓbat hanc Chr̄i resurrectionē. Si (inqt) Chr̄s predicat quia resurrexit a mortuis, Quomodo quidā in uobis dicūt, ꝙ resurrectio mortuorū nō est? Si aūt resurrectio mortuorū nō est, neqꝫ Chr̄us resurrexit. Si autem Chr̄s nō resurrexit, inanis est ꝓdicatio nostra, inanis est fides nr̄a, inueniemur falsi testes dei, qui testificationē diximus aduersus deum ꝙ excitauerit Chr̄m, quem nō excitauit si mortui nō resurgūt. Nam si mortui nō resurgunt, neqꝫ Chr̄s resurrexit, ꝙ si Chr̄s non resurrexit, uana est fides nr̄a, ergo & qui dormierūt in Chr̄o perierūt. Si (inquit) in hac uita tantū in Chr̄o sperātes sumus, miserabiliores sumus oībus hoībus. Nunc autē Chr̄s resurrexit a mortuis primitiæ dormientiū, quoniā quidē per hominē mors, & per hoīem resurrectio mortuorū. Et sicut etiā in Adam omes moriunt, ita & in Chr̄o omes uiuificabunt. Et ex isto textu Apostoli, patet oībus fidelibus philosophis nutritis in rudimento fidei, & rectificatis in logica quomō plane resurrectio hoīm per Apostolum est deducta. Tertio autē Apostolus. i. Tessa. iiij. testatur eandē fidem catholicā sub hijs ꝟbis. Nolum⁹ uos frēs ignorare de dormientibus, ut nō cōtristemini sicut cæteri, qui spem nō habent, si em̄ credimus ꝙ Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc em̄ uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus residui sumus, in aduētu domini non preueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu & uoce archangeli, & in tuba dei,

descendet

descendet de coelo, & mortui qui in Chro sunt, resurgēt primi, deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā Christo in aera, & sic semper cū domino erimus, Et talia sunt multa testimonia euangelica ex lege tam noua q̄ ueteri, que eandem fidem catholicā contestantur. Concordat autē ratio istis dictis tam ex parte præmiādorū, q̄ ex parte domini præmiantis. Nam sicut assumit Aristo. & ueritas cōtestatur multi uirtuosi & sancti occidūtur pro ueritate catholica, ergo aliq̄ mercedē deus iustus eis retribuet, sed non in hac uita, cum cōtinue uiuūt in poenalitate, & etiam usq̄ ad mortem poenaliter patiuntur, ergo relinquitur eis remuneratio post hanc uitā. Et istā rationē fecerūt Aristo. & sanctus Apostolus, ex quo deducunt spetialiter, q͏ mali resurgent pro suis demeritis puniēdi, cū ab experiētia cōmuni cōuicitur, q͏ multi per totam hanc uitā uiuūt in uoluptatibus uitiosis. Sed deus est necessario & uniuersaliter æquus iudex, ergo relinquitur q͏ deus puniet peccata taliter mortuorū, sed non in hac uita. Quia uel uiuūt uitiose cōtinue uel in fine inuolūtarie puniuntur, Non ergo ꝑpter hoc q͏ peccāt in hac uita, sed ꝑpter hoc, qđ in fine apponūt nodū blasphemiæ super peccata sua præterita tantū ut iustitia exigit puniūt. Oportet ergo q͏ post resurrectionē in uita alia sint puniēdi. Ex parte autem dei idē deducitur. Cum deus sit infinitū liberalior & munificētior q̄ aliquis dominus tēporalis, Sed domini tēporales ex ratione sui dominij in finē præmiant seruos suos ergo stāte maiori ratione, cū infinitæ uirtutis ex parte dei sequtur q͏ ipse seruos suos finalit̄ ꝑmiabit. Sed nō in hac uita ut patet, reliquit̄ talis ꝑmiatio pro futuro, Nec sufficit ꝑmiatio sola in spiritu, quia natura corporis sicut est participatiue rationalis, sic meretur poenam uel gaudium, ut tactū est de homine. Sicut ergo repugnat diuinæ liberalitati atq̄ iustitiæ, q͏ nō erūt personæ hoīm finalit̄ ꝑmiatę, sic & repugnat q̄ ad remunerationē naturę corporeę

Vnde Iob xix. ille magnus philosophus audenter asserit Scio ꝙ redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & in carne mea uidebo deum saluatorem meum, Ex talibus multis testimonijs cum euidentia naturali quietantur fideles in isto articulo fide, quod cuncti homines sunt tam corpore ꝙ anima surrecturi.

CAPVT XL.

De ultimo iuditio quare & ubi & quando erit.

ALITHIA. Satis quietor in isto articulo, Sed dic rogo clarius, quare oportet esse unū uniuersale iuditium ultimatū & ubi erit & quando. PHRO. Non dubium quin erit unum ultimatum iuditium, cuius tempus uocatur dies domini in scriptura. Quia sicut aduersarij tractantes de pace eorum ascribunt habenti pro die illo uictoriam diem illum patet rationabiliter, cum dominus tunc finaliter præualebit contra diabolum ac omnia membra sua, ꝙ illa uocetur dies domini, & sub ista spe fideles humiliter tolerant iniurias sibi factas, credentes ꝙ tunc erunt rectificatę ad plenum & gratiosissime iudicatę. Et quantum ad primā quęstionem quęsitam, non dubium, quin quilibet homo habet spiritū proprium sempiternum. Oportet ergo esse finem conuersationis hominum, quia aliter esset processus in infinitum in per se substantijs sempiternis. Sed talem numerum deus non potest caussare, qui posuit omnia in mensura, numero & pōdere, ideo necesse est ut expectetur unum finale iuditiū. Et cum multę animę sint interim in purgatorio expurgandę, nec decet uniuersalem dominum multiplicare sic suum iuditium, patet qd' oportet esse iuditium ultimatū. In illo ergo oportet esse resurrectionem uniuersalem hominū, ad recipiendum mercedem quam hic meruerant. Et quantū ad duas alias conclusiones non mireris soror, si per ignorantiā me

excuso

excuso. Vtrum autē locus finalis iudicij erit in ualle Io/saphat, uel alibi non cōtendo, sed scio ꝙ erit ubicunq; in regno Chr̄i, ubi ip̄e decreuerit, quod est satis credibile. Certū tamē mihi est, ꝙ prędestinati saluandi obuiabunt Christo in aera, ut dicit Apostolus. i. Tessalo. iiij. De da/mnandis autē reprobis hoc non credo. Sed quantū præ/destinati distabunt ab alijs, uidetur mihi ꝙ sit puerilis & stulta cōtentio. Et quantū ad tertiam quæstionē respon det Euangeliū, ꝙ de die illa nemo scit, neq; filius quantū ad humanitatē, quantū ad se attinet, sed solus deus. Par catur ergo istis astronomis, & calculatoribus alijs, si ne/sciunt quantitatem temporis ante diem iudicij. Decens quidem est, qđ illud tempus sit nobis absconditū, sicut decens est, qđ hora mortis nostræ, & multa similia sunt nobis incognita. Certū est quoad tēpus illius iudicij, qđ est prope, ut patet ex multis signis & rationibus, quæ ex fide scripturę colligimus, sed quā prope & quo tempore præcise eueniet, nemo se sollicitet nisi stultus. Dicit em̄ beatus Euangelista, ꝙ nouissima hora est, sed quantita/tem illius horæ, sicut diei cuius est hora, penitus ignora mus. Ad quid ergo occuparet se curiositas intellectus circa ea quæ deus nos taliter uult ignorare? Satis quidē est, ut ex fide credamus illum diem esse uenturū, & spe/remus ex uita nostra meritoria, ꝙ saluabimur illo die. PSEVDIS. Videtur mihi, ꝙ non solū ignorātia occupa ris, sed manifesta repugnantia tibijpsi. Innuis em̄, ꝙ secū dum idem corpus in numero, qđ hic gessimus, resurge/mus. Sed ubi est manifestior cōtradictio? Cum ad iden/titatem numeralē corporis, requirit identitas numera/lis temp̄is suæ generationis. Cum ergo idem tempus in numero non redibit, sicut nec potest, uidetur qđ nec re/dibit eadem forma materialis in numero. Similiter ad identitatem materialē corporis, requiritur numeralis identitas suæ materiæ. Sed quis posset tantum discrete colligere atomos cōbustos, aut uarie dispersos in aere?

Similiter contingit quosdã homines depasci corpora so ciorum & filiorũ suorum, tales ergo ex cibo tali super flue filios possunt procreare, cum quo ergo resurget ma teria tam uarie distributa? PHRONE. Video ꝙ ꝓpter defectum materiæ contentiosę, per tempus non modicũ latuisti, sed mõ ex caussa multiplici, oportet nos solidi tati intendere. Vnum autẽ suppono te cognoscere, ꝙ ad identitatẽ numeralem animæ remanet eadem persona hominis, & si materia uarietur. Aliter em̃ nemo posset crescere uel minui, manere per suam periodum, mutila ri, uel ut sentimus in corpore uariari, quod destrueret to tam philosophiã de homĩe, sic enim nemo foret animal perfectũ, cum non posset suum simile generare. Et cum omnis talis generatio ex decisione seminis est caussata, imo sic nemo potest abradere sibi partes superfluas, sed quid stultius? Cum experientia certissima docet homi nem in huiusmodi actibus naturaliter delectari, & mul torum actuum talium memorari. Satis est ergo ad iden titatem numeralẽ hominis persona animæ cuicunq; ma teriæ fuerit copulata. Isto supposito oportet secundo co gnoscere, ꝙ ad identitatem formæ, cum numeralis iden titas cõsistit in gradu multiplici, sufficit ꝙ identitas fa cientis, & identitas sui subiecti, licet tẽpus loquẽdo for maliter uariet. Cum ergo manebit idem spũs, caussans formam materialẽ in eadem materia resurgente, quare nõ remanebit eadem forma? licet tẽpus suæ ꝓductionis formaliter uariet. Tertio suppono tibi ex fide, ꝙ facile est dei om̃ipotẽtiæ atomos quantũcunq; dispersi fuerint nobis incognito, deum uel immediate per se, uel ministe rio angelorũ secundũ ꝙ sibi placuerit subito, uel successi ue colligere. Et tũc patet fidei nostræ possibilitas, atq; deo facilitas supposita, seruatione hoĩs in spiritu tanquã base, & supposita eadem collectione multitudinis perpe tuæ materialiũ atomorum. Ad primũ argumentũ tuũ respondeo concędendo, ꝙ imponis me innumere, scili

cet

cet, ꝙ secundũ idem corpus in numero, ꝙ hic gessimus, resurgemus. Si em̃ portamus idem corpus in nũero per totam nostrã perihodũ, propter identitatẽ spiritus actuantis quantũlibet materia uarietur, quãto magis redeũte eadem materia in numero cum eodem spiritu copulata. Nec obest identitati numerali formæ materialis, uel accidentalis; ꝙ tempus integrum formaliter uarietur, cũ seruat eadẽ absoluta essentia per se possibilis, & toto facto argumentũ tuũ non plus implicat, nisi ꝙ forma materialis & accidentalis, scd'm abstractionẽ ultimam intellecta, ꝑpter uariationem temporis uariant. Sed quid obest hoc resurrectioni ueræ secundũ identitatẽ numeralem tam formæ, ꝙ materiæ? Eadẽ em̃ fundamẽtalis essentia materiæ, est substantia oĩm formarũ taliũ substantialiũ, uel accidentaliũ, cum scd'm philosophos tuos manet idem instans cõtinue quo ad secundũ. Si ergo homo potest sæpe eundẽ actum repetere, ut oportet ex fide scripture cõcedere, quid obest ꝙ redeat eadem forma? licet respectiua accidẽtalia uarient. Ad secundũ argumentum tuum respõdeo per suppositionẽ tertiam. Q꞉ sicut deus secundũ distinctissimã noticiã om̃ia corpa ex atomis suis cõposuit, sic cum non est a noticia rerũ excidere, scit perfectissime atomos illos recolligere. Ideo stulte miraris ex tua ignorantia ĩmensa, noticiã dei tui. Ad tertiũ argumentũ tuum respondeo, ꝙ sicut tu assumis tibi incognitum deum esse, imo nescis si hoc sit possibile, sic respõderi potest per tibi ambiguũ, qđ deus ordinabit in talibꝰ qđ sibi placuerit, sicut ordinauit materiã ad panes & pisces, quos sic multiplicauit, ut in Euãgelio recitat. Nec erubesco, ꝙ oportet tam me, ꝙ te, dei ordinatinonẽ in talibus ignorare, utputa, ꝙ rarũ erit corpus beati, uel quid aut ꝗtum de materia resurget, quã portauerat hic in uia. De uno tamen non dubito, ꝙ multi corpulenti & grossi portant hic plurem materiam, quam

habebunt post resurrectionem in patria. Sed scio, qđ in omibus istis deus ad regulã ordinabit. Sed quid uis amplius, cum argutiæ non militant aduersus possibilitatẽ, uel rationabilitatem huius sententiæ?

CAPVT XLI.

De dotibus corporũ beatorum.

ALITHIA. Dic rogo frater de dotibus corporum beatorum, qđ uidetur multis mirabile, ꝙ corpora tante contraria, non agent ad inuicem, & sese consumentur in tempore infinito. Et iterũ uidetur mirabile, ꝙ corpora tam grauia, tam multum de terra habentia; non illos creatos spiritus fatigabunt in suis motibus & tardabunt. Similiter uidetur multis mirabile, quomodo dimensiones corporum beatorum sese taliter penetrabunt, cum philosophi improbantes uacuum; ac dimensionem propriam loci sumpserunt ut per se notum principiũ, ꝙ dimensiones non possunt se reciproce penetrare. PHRONE. Ponunt cõmuniter quattuor dotes corporis in beatis, scilicet dos claritatis, dos incorruptibilitatis, dos subtilitatis, & dos agilitatis. Nec mussites quomodo summus artifex potest de pauca materia quattuor elementorũ quæ fuit in homine, illas dotes quattuor ordinare. Cũ subtilitas in igne & aere potest, ut deo placuerit adaptari, & per idem claritas cõnaturalis luminis, potest esse in illis corporibus, sicut uidemus in uitro & christallo cum corporibus splẽdentibus eis similibus. Et cum secundũ philosophos ex ꝓportione æqualitatis non fit actio, facile est deo proportionare sic elementa ad inuicem; suspensis suis qualitatibus actiuis; ꝙ nunꝗ sit in patria actio inter illa. Non em̃ concipio, ꝙ forma substãtialis agat in reliquam sine qualitatibus requisitis instrumentaliter ad agendũ. Et cum facile sit deum talem creatum spiritum non cum corpo-

ribus

ribus nimis grauibus onerare, potest faciliter cum pro-
portionali potentia, agilitatē corporis eis dare. Ad pri-
mum argumentū tuum patet ex isto responsio. Si enim
uirtus Adamantini lapidis potest uisum & actionē cor-
porum grauium suspendere, quare non potest illa cœle-
stis cōplexionalis qualitas pro perpetuo actiones elemē
torum suspēdere in beatis corpibus, specialiter cum qua
litates actiue nō sint in patria requisitæ. Ad secundū ar-
gumentum tuum respondeo & dico, ꝙ tua miratio pro-
cedit ex defectu ueri principij. Nā corpa beata in patria,
parum habēt de aqua uel terra, & magis de aere uel igne
ideo cum sunt corpora leuia, in natura potentia motiua
spiritus, potest ipsa secundum qđ uoluerit agitare. Non
ēm debes imaginare ꝙ corpus beati sit graue & depressi
uum frustum hominis, ut ferrum, plumbum, sed uento
longe agilius, & delectationem inferens, & in nullo fati
gationem. Ad tertium argumentū tuum respondeo con
cedendo, ꝙ corpora sic subtiliata possūt se ex ordinatio-
ne domini penetrare, & cum penetratio & laceratio, ut
suppono ex declaratis alibi, sint distincta, patet ex hinc,
non sequi, ꝙ corpora beata se lacerabunt ad inuicem, uel
corrumpūt, & cum non sint dimēsiones immobiles, sed
proprietates innatæ illis corporibus naturalibus, patet
ex hinc non sequi, ꝙ dimensiones penetrabūt se, uel qđ
erunt corpora coextensa. Corpa ēm gloriosa indiuisibi-
lia sese penetrantia, habent suas dimensiones & loca pro
pria, sed cōmixta. Sed diffusum tractatum istius relinq̊
philosophis, ideo non imagineris, ꝙ deus impedit in cor
poribus beatis uisum uel actionem aliquam perpetuam
naturalem, sed aptat in eis perpetuam & consentaneam
harmoniam. Nec sententia Anshelmi ponentis septem
dotes corporis in beatis repugnat huic sententiæ, sed cō
cordat. Septem autem dotes corporis quas Anshel. po-
nens taliter noīauit, sunt Pulchritudo, Velocitas, Forti
tudo, Libertas, Sanitas, Voluptas, & diuturnitas. Et o-

mnia ista septem declarat doctor iste topice ex fide scri/pturæ. PSEVDIS. Miror q in tanta materia fidei docto/res sunt sibiipsis contrarij, uel aliter diminuti. Miror eti/am quomõ beati erunt tam agiles ad mouendũ, cum nõ erit tempus amplius, ut dicitur Apocal. x. Et miror ter/tio, quomõ corpora beata possint moueri subito, cũ hoc implicat idem corpus pro eodẽ instanti esse per diuersa loca. Imo non est fingendũ ubi duo corpora, que incipe/rent moueri subito per eandem literam a cœlo ad terrã, & a terra ad cœlum, sibi mutuo obuiabunt. Instans enim obiectiue, non erit immediate post inceptionem motus, quia tunc non prius foret corpus in loco propinquiori q̃ in alio plus distanti. PHRO. Video q tibi deficiunt eui/dentiæ contra prædicta, sed moues noua dubia, que ex quibusdã uerbis Anshel. poteris elicere. Sed unum sci/as, q nec dictum Anshelmi, nec alicuius alterius docto/ris citra auctores scripturæ defendimus, uel tenemus in fide, nisi de quanto consonant rationi. Et hæc est uia pa/tula tuas argutias euitandi. Ad primã tuã argutiam pa/tet, q non est mirabile, si isti doctores sint in multis sibi/ipsis contrarij, uel in suis sermonibus diminuti, cum sæ/pe magis q̃ sic peccauerũt. Verũtamen homo per æqui/uocationẽ potest tollere multas contrarietates, ab emu/lis eis impositas. Et quantũ ad diminutionẽ certum est, q multi obmittunt licite multas materias, cum non oĩa omibus & ubilibet sunt dicenda. Ad secundã tuam ar/gutiam dicit̃, q scriptura debet intelligi ad sensum quẽ expetit, & sic potest intelligi sicut Apocal. q non erit tẽ/pus amplius taliter opandi, ut post diem iudicij non erit tempus amplius promerendi, sed cum omia tempus ha/bent, erit tempus de cætero congaudendi. Verũtamen non tunc erit tempus annuale, diurnum, uel ex cursu so/lis ut modo cernimus acceptatũ, & hoc satis est & subie/ctum illius temporis potest rationabiliter dici mundus, secundum quamcumq; partem, quam deus ad hoc apta/

uerit

nerit, Ad tertiam argutiam tuam respondeo, cum quomodocunque Anshelmus uel alij doctores dixerint, quod post diem iuditij nullum corpus mouebitur, nec potest localiter moueri subito, sed successiue mouebitur celeritate nobis inperceptibili quod satis est. Ideo non solicitor ubi corpora sic subito mouentia, sibi mutuo obuiabunt, sed satis est cum continuum componitur ex non quantis, quod pro uno instanti situs indiuisibilis a situato indiuisidili sit quæsitus, ita quod motus cœli secundum punctum in æquinoctiali sit uelocissimus, & motus subitus in generatone uel alteratione sit, nec uelox, nec tardus, sicut immensum nõ dicitur esse paruũ, nec mole indiuisibile dicitur esse magnũ. Et ut placet logicis, cum magnum & paruum sunt conuertibilia relatiua nullum immensum dicitur mole magnũ nec aliquod indiuisibile mole paruũ, nec aliquid est ita magnum ut paruum, sicut logici altercantur. Et quantũ ad dictum superius, circa quod potes contẽdere, scilicet quod dimensiones penetrant se, sicut & corpora. Dici potest quod hoc non sequitur, cum dimẽsiones sicut & cæteræ quantitates non sunt de genere actiuorum.

CAPVT XLII De dotibus Animæ

ALITHIA. Dic rogo de dotibus animę beatorum, quia mihi uidetur difficile, quod aliquę naturales potentiæ & spetialiter organicæ, quę fuerant in uiante, redeunt post resurrectionẽ finalem, cum illę sint eductæ de potentia materiæ. Et iterum non uideo, quare dotes illę forent septem uel quatuor plusquam mille. Et tertio nõ uideo, quomodo illæ septem dotes animę, quas Anshel. recitat forẽt proprie dotes aïę cũ nõ sunt sibi naturales, sed accidẽtales, quales multas oportet ponere. PHRO. Multi contendũt inaniter circa qdditatẽ dotiũ, ut hij quod sunt solũ naturalia, data hõi intrĩsecus informãtia, Alij quod sunt bõa quęcũque accidẽtaliter inhęrẽ

tia. Et alij dicunt communiter q utrumq;, & sic de nume ro istorum est apud multos contentio, ut quidam dicunt q dotes sunt quattuor proportionales, ad dotes corporis ut ingenij subtilitas, inueniendi solertas, memoriter re/ tinendi suffitientia, & perpetuo agendum indefitientia Anshelmus autem uidetur ponere istas septem, Sapien/ tia, amicicia, cōcordia, honor, potestas, securitas & gau/ dium. Et suadet qualitates membrorum. PSEV. Vide/ tur mihi de istis septem ualde mirabile. Primo quia non subest tibi ratio, q sapientia sit dos animę in beatis, quin per idem quæcumq; uirtus intellectualis, uel donum spi ritus, Similiter cum amicicia sit bonum totius composi ti; nō uidetur ratio, quare illa sit dos animæ potius q̃ dos corporis, sed econtra, & sic de alijs dotibus recitatis. Si/ militer tā de gaudio, q̃ de eius securitate est difficultas non modica, cum uidetur quemlibet beatum tantū gau/ dere de bono alterius, quantū gauderet de illo, si ipsum haberet intrinsecus. Ex quo patet, q quilibet existens in cœlo, sit æque beatus. Similiter uidetur mirabile, q bea/ tus aliquis de beatitudine sit securus, cum necesse sit qd deus contingentissime potest ipsum damnare, cum sum me libere cōtradictorie ipsum saluat, quomodo ergo est in beatitudine talis securitas. PHRO. Sic uidetur mihi q duę personę contra me inordinate ingemināt. Sed pri mo uidetur, q sororis meę obiectus triplices sunt soluen di, & postmodum ad quattuor Pseudinas argutias per or dinem est dicendum. Primo ergo quia non circa quiddi tatem dotium est Philosopho difficultas, ideo supponen do, q quicquid deus sponsus ecclesiæ gratis dederit spō sæ suæ, congrue possit dici dos. Ad primum argumentū sororis respondeo concędendo, qd eedem potentiæ uel uirtutes animæ, redeunt in homine resurgente. Sed opor tet consyderare qd non eedem uirtutes in numero ulti/ mate abstracte; Et secundum triplex principium indiui/ duans, scilicet agens, subiectum & tempus forent mate/

rialiter

rialiter distinctę. Sed quo ad subiectũ & agens, potentię sunt eedẽ. Ad secundũ argumentũ sororis respondeo, cõcędendo sibi, ꝙ non claret mihi adhuc ratio, quare forent septem uel quattuor dotes, quin per idem forẽt sub quolibet numero assignando. Sed septenarius est numerus uniuersitatis, & quaternarius est primus numerus cubicus. Ideo numerus dotium pertinẽter istis numeris est signatus, nec est dos aliqua, quin sit ad aliquã istarũ dotiũ reducenda. Ad tertiũ argumentũ sororis respondeo concędendo, ꝙ istæ septem dotes sunt animæ accidẽtales, uel uerius contingentes secundum quid hoc contra rationem dotium, cum dos corporaliter data uxori, sit cõmuniter plus cõtingens, & plus accidentalis eidẽ. Vnde ad primã rationẽ Pseudis respondeo cõcędendo, ꝙ quæcũꝗ uirtus ĩtellectualis beati spiritus, est dos eiusdem, sicut om̃e donum dei, quod gratiose sibi dederit ut inhærens. Ad secundã rationẽ Pseudis respondeo cõcędendo, ꝙ amicitia est tam dos animæ, ꝙ̃ dos corporis, cum amicitia principaliter debet tribui toti composito, sed principaliter rõne spiritus, cum creati spiritus sint amici, nec corpora nisi ratiõe spirituũ sunt amica. Vtrũ autẽ illæ amicitiæ dicanẽ æquiuoce, est apud logicos uerbalis dissentio, sed transeo illam tanꝗ inutilem. Quantum ad tertiam difficultatẽ Pseudis, quæ est maior inter cæteras, respondeo concędendo, Q̃ gaudiũ dicit multa bona animæ, & non est formaliter, nisi ipsum spiritum gaudere beatifice, ꝙ multa bona alia pręsupponit. Et sic aliquod est gaudiũ subiectiuũ, & aliud gaudiũ obiectiuũ Om̃es autem beati habent eandem beatitudinẽ & gaudium obiectiuũ, quia naturam diuinã. Et sic orat ecclesia ad sapientiã dei patris, Tu esto nostrum gaudiũ, qui es futurum præmium &c. Sed gaudium subiectiuũ, est forma inhærẽs animæ, secundũ quã dicitur formaliter congaudere, & illa nõ est aliquid, qđ potest per se existere, sed ipsummet gaudere beati, Et sic gaudia beatorũ disti

guunt, secundum ꝙ subiecta illa sunt essentialiter distincta. Et per hoc respōdeo ad primā cōfirmationem Pseudis, concedendo suum assumptum. Sed iuxta dicta, homo dicitur aliquante gaudere dupliciter, scilicet subiectiue & obiectiue de gaudio alterius, ꝙtū gauderet subiectiue, si ipsum gaudiū in se haberet formaliter & intrinsecus, sed non tantū habet gaudiū subiectiue de ipso gaudio, quia tunc indubie quilibet beatus foret ęque beatus ut alius, nec in domo patris Christi forent multæ māsiones, hoc est gradus beatitudīs, uel gaudij subiectiui. Et per hoc respondeo ad quartā rationem & ultimam Pseudis, concędendo sibi, ꝙ quilibet beatus, est æque beatus uel bonus, gaudens de bono alterius, sicut si illam beatitudinem in se obiectiue habuerit, non tamē est æque beatus formaliter, sed obiectiue. Et quantū ad securitatem, quæ est maior pars beatitudinis, nō dubium quin sancti in nullo trepidant, quin in perpetuū habebunt beatitudinem, quam nunc habent. Sed derident uerbosos Sophistas, qui ponunt cōtingentia cōtradictionis in illa beatitudine quoad deum. Ipsi em̄ uident clare quomō extérminatione dei æterna, quicquid ipse uoluerit, sit necessarium euenire, Ideo procul ista libertas contradictionis a deo, uel suis beatis, cum sufficit libertas alterius partis, ad denoīandū ipsam summe liberā, licet libertas illa nō sit impossibiliter in contradictoriū sic diffusa. Relinquo autem in materia illa errantibus uiam cauillandi ut eis placuerit uerba sua.

CAPVT XLIII.

De pœnis damnatorum.

ALITHIA. Dic rogo frater breuiter de pœnis ꝓportionabilibus, & nō de dotibus dānatorū. Videt̄ em̄ mihi, ꝙ sunt securi de suis damnationibus, sicut beati sunt securi de

ri de suis saluationibus. Videt enim etiam, q sicut beati habēt dotes tam corporis q̄ aīę, sic damnati habēt pœnalitates perpetuas cōfirmatas tam in corpore q̄ in anima. PHRO. Sentio soror, q in hoc sentis stolide atq; catholice, & sic potes cōcipere q dānati habent octo uel nouem nodos suæ dānationis, sicut beati habēt totidē cōfirmationis suę saluationis. Et tamen non obstātibus omnibus istis pœnalitatibus, melius & eligibilius est eis sic uiuere q̄ non esse, quia ut declaret Augusti. non esse non potest habere rationem boni, aut eligibilis, cum tamē damnati habent gratiose a domino multa bona. Ideo intelligēdo modū loquendi cōparatiuū, non implicatiue sed negatiue, concedēdum mihi uidetur, q eligibilius est dānatos sic esse, q̄ foret eis non esse simpliciter. Veruntamē sicut concipis, q quicquid boni foret melius inesse beatis, q̄ ipsis deesse inest illis, sic debes cōcipere, q quicquid mali pœnę foret pœnalius inesse dānatis, q̄ eis deesse, illud perpetuo inest illis. Et sic dicūtur habere perpetuo pmànentiā pœnalitatis, sicut habent pœnā damni, cum pœna sensus satis acuta in eis perpetuo stabilita, nec habēt cōsolationem ex sua mutua charitate, sed desolationem ex illa maledicta sotietate. Horrorem autē magnatū de pœna sensus existentiū in inferno hic dimitto, quia deficit mihi efficax illius pœnę probatio, cum uidetur mihi sufficere impositio & probatio pœnæ dictæ. Nec dubito quin corpora damnatorū, non erunt ex igne tam calido dissoluta, sed multa ꝟba fidei scripturę oportet sane itelligere. Vt q Chrs dicit Mat. xiij. ibi erit fletus & stridor dētium, q dānati trāsibūt ab aquis nimiū ad calorē nimium. Et q̄ dānati habēt corpora cōtinue lacerata, & cōtinue reunita pœnaliter, cū multis dictis similib⁹ ad terrēdū uiantes, incedere per uiam ducentē ad tartara. Mihi aūt uidet, cū suffitiat ueritas ꝟborū exhortationis huiusmodi, & sic acutius q̄ ꝟbū uerū falsū taliter fictū, q ꝟbū uerū fictū & sic acutū, sit exhortatiōe dicendum, & uerbū falsum phātisticū reticēdū. Quomodo autē dānati tā

ſenſibus quam corpore puniũtur, uidetur mihi probabile, quod radix pœnæ eorum conſiſtit in ſua pœna damni, & habẽt dolorem effuſum ab anima ad ſingulos ſenſus ſuos, & ita licet non ſentiant corruptionem aut diſſolutionẽ ſui corporis, ſentiunt non diſplicẽtiam in ſuis ſenſibus, plus quam poſſibile eſt hic aliquem ſentire. Et illum effluxum doloris ab anima credunt quidam Chriſtum uocare fletum, & dolorem de perpetuitate pœnæ, uocare ſtridorem dentium, quod eſt pœna non modica. Nam ſicut gaudia bonorum maior pars eſt perpetuitatis ſecuritas, ſic pœnæ damnatorum maior pars eſt damnationis pærpetuæ ineuitabilitas. Vtrum autem corpora damnatorũ erunt ex condenſatione oppreſſa & ſibi nocẽtia, & ſic multa in eodem loco paruo indebite cumulata & in qua proportione habebũt plus de terra & aqua, quam de alijs elementis, relinquo theologiſantibus declarandũ, ſicut quod auarus dãnatus erit eadem ſcoria metalli quo abuſus fuerat crutiatus. Sed mihi uidetur probabile, quo ad locum inferni, quod ſit in medio mũdi, diſtantiſſimus a cœlo, & carẽs lumine & aſſiſtente corpore cõſolatorio, Et ita uidetur mihi quod dãnati, poſt diem iuditij habent maiorem deſolationis rationem, quam habent diaboli, homines hic tentantes. Non tamen audeo dicere, quod habent ex tali tentatione cõſolationem, ſed damnũ pro tempore uiæ ſibi inferunt undiquaque, & ſic ſenſuũ tenebratio ſecundũ rationem qua pœnalitatem eis intulerit ipſis ineſt.

CAPVT XLIIII

De ſenſibus bonorũ interioribus & exterioribus.

ALITHIA. Video frater quod non delectaris in uerbis iſtis terribilibus fulminatis. Sed rogo cũ materia iſta tam mihi quam tibi tantũ diſplicet, fac finẽ in materia alia laude digna. PH. Placet de ſententia quã hic dicis. Et uidetur mihi dubitabile

tabile quomodo sensus bonorũ tam intrinseci q̃ extrin/seci in patria erunt pasti. De sensibus autem extrinsecis uidetur, quod ibi excitabitur solus uisus aut tactus. Non enim erit ibi necesse sentire gustabile, cum nemo ibi pascetur cibario corporali, & cum fumalis euaporatio ibidem om̃ino deerit, sicut refractio medij ad corpus so/lidum quod est sonus, uidetur q̃ tres sensus medij, nõ se/cundũ actus suos proprios ibi erunt. De uisu autẽ quo ad faciem corporis domini, est dubiũ apud multos, cum non ꝓprie sine errore percipit̃, nisi in medio & distantia ꝓportionabili, q̃ non æquæ aptabitur beatis singulis, & conformis est difficultas de sensibus quinq; intrinsecis. De uirtute autẽ generatiua uidetur q̃ om̃ino superfluat ponere ibi illam, cum illa ponitur ad saluationẽ speciei, quæ in indiuiduo corruptibili non saluat̃. Et de uirtute nutritiua uidet̃ om̃ino, q̃ superflueret ponere ibi illam, cum nemo ibi augmentabit̃ uel nutriet̃. Ad quid ergo oportet ibi ponere uirtutem attractiuam, retentiuam, di/gestiuam, aut expulsiuam, cum alijs uirtutibus uegeta/bilibus & sensitiuis, quas hic ponimus in quolibet aĩa/li. Ideo uidetur mihi, q̃ sicut anima humana, non ex hoc perdit aliquã potentiã absolutam, q̃ desinit informare, augmentare, attrahere, siue digerere. Sic in anima bea/ta, q̃ non perdit aliquam absolutam potentiã, licet secũ/dum uirtutẽ regitiuam non habet operationẽ aliquã ta/lem, cum foret superfluũ, sed eadem potentia anime ab/soluta, mediãte uirtute regitiua patet nunc, quãdo opor/tet in operationẽ talem procedere, & nunc cessare. Si au/tem dicatur, q̃ oportet ponere tales potentias respecti/uas, quas oportet om̃ino esse sopitas in beatitudine, non contendo. Sed constat mihi, q̃ nihil est ibi superflue, sed om̃es sensus animæ atq; potentiæ, sunt in aliquo actu suo magis laudabili, in fine sui operis consumati. Et sicut ui/sus beatificati uident faciem Christi, sicut intellectus in eius diuinitate finaliter quietatur. Et ut credo om̃es sen

ſus beati ſecundũ puritatem ſui ultimi operis, ſunt in illa perſona media quietati, unus ſic, & alter ſic, ſecũdũ ꝙ magis meruit. Nec eſt ex ſuppreſſione, uel propinquitate ad Chriſtũ contentio in beatis. Sed uno uidente Chriſtum in ſpeculo, alio directo ĩtuitu faciali, & ipſis uiciſſitudinãtibus eſt plena quietatio, cum Chriſtus ſit humanitus ad quãlibet portiunculã regni ſui. Omes ergo potentiæ animæ erũt perpetuæ, & in ſuo perfectiſſimo opere ſine dormitione, ſed colere operationem talem perfectiſſimam, & quomodo plene erit cum beatis in patria. Hic abutẽdo quaſi lethifere dormitamus, ibidem autẽ ſine dubitatione, uel cum ſtudio, toto errore expulſo, ſecundũ naturalẽ ordinem cognoſcemus. Hic eṁ procedimus ab imꝑfecta noticia ad perfectã, modica uel nulla delectatione in anima cõſequente. Ibidem ecõtra affluit noſtra noticia a ſatietate perfectioris potentiæ ad quãlibet potentiam imꝑfectam. Et ubi actus imꝑfectę potentiæ beatitudinis imꝑfectionem ſaperet, in actu ſuꝑiori, ceſſabit, & utrobiꝙ erit delectatio conſumata. Chr̃us eṁ eſt panis uitæ, de quo Euangelium ſatians ſenſum quemlibet beatorum. Amen.

Chriſtus eſt humanit⁹ ad quãlibet partiunculam regni ſui

Excuſum Anno a Chriſto nato
MDXXV.
Die VII Martij.

hew

First Edition of Wyclif's Trialogus

THE Library has been fortunate in acquiring a copy of the rare first edition of John Wyclif's *Dialogorum libri quattuor,* generally known as the *Trialogus,* printed in March 1525. The place of printing is not indicated, but scholars have assigned the volume to Basel. The book was the first work of Wyclif to be printed — and his first important work that was printed before the nineteenth century. Gotthard Lechler, the leading authority on Wyclif and modern editor of the *Trialogus,* has suggested that the printer may have been Froben, and that some friend of his was the unknown author of the Prologue, who exhorts the reader not to be repelled by the harshness of the style, as Wyclif in the candor and innocence of his mind did not need verbal fancies and color. Further, Lechler calls attention to a number of errors, which in some cases are due to the insertion of marginal glosses into the printed text. The first printed edition does not correspond with the four extant codexes, but probably was based on manuscripts sent from England.

The title of the first edition was not used in the manuscripts, and the fact that Wyclif in his own brief prologue calls it *Trialogus* proves that this was the name he chose. He coined the word to mean a conversation of three, analogous to "dialogue."

The work is of great importance for the understanding of Wyclif as the last schoolman and the first English reformer. Written in the last years of his life, it is a *Summa* of his theological tenets as well as his criticisms of the Church and the mendicant orders. As Lechler has pointed out, the book must have been in the making after the Great Schism of 1378, as it refers to Robertus Gilbonensis, who became Clement VII, the Anti-Pope. Further, Wyclif's mention of the "Earthquake Council," called so because it took place during the earthquake of 1382, sets a date before which the work cannot have been completed.

The *Triologus* was written in the form of a conversation among three characters: Alithia, the solid theologian; Pseudis, the false unbeliever; and Phronesis, the subtle and mature theologian, who speaks for Wyclif himself. The first book discourses on the existence and attributes of God; the second, on time and eternity, primal matter, the nature of man and the angels; and the third deals with the virtues, the seven deadly sins, and the necessity of Christ's incarnation. But it is in the fourth book, consisting of 44 chapters, that one must look for Wyclif's departure from tradition. Here, in the discourse on the sacraments, he expressed the views which the "Earthquake Council" pronounced heretical. Wyclif, through Phronesis, refers to this condemnation in the 37th chapter: "As indeed in the Earthquake Council they condemned Christ as well as the Doctors of the Church as heretical . . ." Among his most impassioned adversaries were monks of the mendicant orders; consequently some of the later chapters are directed against these friars — the Carmelites, Augustinians, Jacobites (Dominicans), and Minorites (Franciscans), whose initials he combined into the word *Caim* (Cain, the fratricide).

While Wyclif's doctrines were condemned and he as well as his disciples were forbidden to teach at Oxford, he did not suffer persecution during the last years of his life, but attended to his pastoral duties in his parish of Lutterworth, continuing to write polemical tracts.

M. M.





